

Cim 433

SCOPVS BIBLICVS VETERIS & NOVI TESTAMENTI,

Cum Annotationibus summã doctrinæ christianæ complectentibus.

AVTHORE ALBERTO NOVICAMPIANO.

Eiusdẽ Præfatio ad Ioannem Sigismundũ Regis Vng. filiũ.

SAPIEN. XIII.

Vani sunt oẽs hõines in qbus nõ est sciẽtia dei.

AD LECTOREM

idem disticho comprehensum.

Est sat si Christo studeas cum cætera nescis.
Illius ignarus omnia uana scies.

Cum Indice.

CRACOVIÆ
Lazarus Andreę excudebat.
M. D. LIII.

IN ARMA
ILL. PVERI IO. SIGISMVNDI IO. HVNGARIAE REGIS. F.



Tot coiisse feras, pueri nunc si qs ad arma hæc
Miratur, pueri mitis & ingenui,
Desinet, arma sub hæc gentes cum uiderit olim
Tot coiisse feras, quot coiere feræ.

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI IOANNI Sigismundo, Ioannis Regis Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Filio, Duci Opoliensi, Ratiborieñ. &c.

ALBERTVS NOVIcampianus. S.P.D.

SIGISMVNDVS AVGVSTVS Rex Poloniæ *inclytißimus, pietateq; insignis, cum me ad te instituendum mitteret,* Ioannes Sigismunde, *id unum, inter cætera, diligentissimè monuit, sedulò niterer, ut legendis literis sacris, animum tuum teneris ab annis pietate christiana imbuere studerem.* Neq; *id temerè.* Benè *etenim ille pro sua singulari prudentia, & experientia mira in administrando regno parta, perspectum habet, pietatem sacrarumq; literarum lectionem, his qui* Reipub. *præfuturi sunt in primis necessariam esse.* Quippe *qui si impij improbiq; fuerint, non sibi solum nocituri, sed alios etiam pessundaturi sint.* Partim *quòd multum mali in exemplo illorum sit.* Talis *enim ciuitas esse solet (inquit* Plato)

Præfuturis reipublicæ quid in primis necessarium.

Improbitas Principum quantum officiat.

quales sunt principum mores. Studiosè namq; pleriq;, præsertim in hanc partem, facta principum imitantur, eaq; suis uitijs prætexunt, persuasum habentes, illa, aut non indecora esse: aut, licet parum recta sint, exemplo principum, quorum authoritate maximè nituntur, defendi posse. Partim quòd quicquid principes delirent, plebs plerumq; plecti soleat, & pro illorũ malefactis, deo irato pœnas luat. Quãuis autem ea res minimè dubia sit, atq; ob id testibus non egeat: Tamen cum tecum, qui puer es, agam, exempla eorum quorũ res gestas aliquando à me audisti, ad hanc rem pertinẽtia proferam.

Iter docendi per exempla efficax

Est enim per exempla iter docendi efficax. An non fastu & impietate Nabuchodonozoris regis factum, ut in furorem actus, nullo discrimine à bestia differens, fœnũ ut bos comederet?

Nabuchodonozor,

Daniel. 4.

Saul rex cur obsecro à deo desertus & proiectus, ne rex fieret? non ob aliud sanè, quàm ob uerbi diuini contemptum.

SAVL,

1. Regũ 15

Nonne mollicies & effeminati mores Sardanapali causam belli contra se suscipiendi suis præbuere?

SArdanapalus.

An non auaricia & sæuicia Sergiũ Galbam Romanis inuisum ac exosum sic reddidit ut iugularetur?

SERgius Galba Cæsar.

Quid aliud quæso quàm fœdum ingenium, & luxuria qua turpiter diffluebat, Vitellio Cæsari exitio fuit? adeò ut ma-

Vitellius Cæsar.

nibus

nibus post tergum reuinctis, & laqueo collo iniecto, furcáq; sub mentum posita, diu per urbem tractus, quibusdam fimo cœnoq; incessẽtibus: deinde numerosis ictibus confossus interierit, postremoq; unco in Tyberim tractus sit. Taceo Demetrium quem Macedones reliquerunt, uniuersiq; ad Pyrrhum confugerunt.

Demetrius

Et Phalarim, cuius præter cæteros nobilitata est crudelitas, in quem uniuersa multitudo Agrigentinorum impetum fecit.

Phalaris.

Iulium item Cæsarem uignti tribus uulneribus confossum, quòd iura diuina & humana peruerterat.

Iulius cæsar

Prætermitto Petrum regem Hungariæ bis propter tyrannidem regno exclusum.

Petrus rex Hungariæ.

Abam quoq; in eodem regno ob parem culpam peremptum.

Aba Rex Hungariæ.

Nolo referre Pompilium parricidam Poloniæ Monarcham à muribus (mirabile dictu) exesum, nulla ui impetum illorum reprimere ualente.

Pompilius.

Boleslaum quoq; audacem propter nefanda scelera corona priuatum, et regno pulsum, ad extremumq; amentẽ à canibus discerptum: Vt uerum sit illud. Ad generum Cereris sine cæde & uulnere pauci descendunt reges, & sicca morte tyranni.

Boleslaus audax.

Iuuenalis.

Quàm uero ad mala patranda, principes suo exemplo pellicere soleant suos, authoritateue adducere, etsi exempla sæpissime suppeditẽtur plurima, tamẽ

Exempla mala principum.

aliqua

aliqua proferam. Lucij Luculli summi uiri (ait Cicero) uirtutem quis? at quàm multi uillarum magnificentiam imitati sunt? Ieroboam (ut sacra tractans, ex sacris exempla proferam) uitulos conflatiles colens, ad adorãdos illos, qui eius imperio suberant, perduxit. De Achab itẽ idololatra, sic exemplum cepere sui, ut Elias propheta se solum ab idololatria alienũ relictum esse quereretur. Neq; id inultum tulerunt Ieroboam enim idolis thus adolẽti, manus quam in prophetam corripientem se extenderat, mandans apprehendendũ, subitò aruit, ut illam inflectere minimè quiret. Huc accessit quòd quingenta millia hominũ ex Israël bello uno die periere, Ieroboamq; à domino percussus, mortem oppetijt. Achab uero regnante, cum tribus annis & sex mensibus nõ pluisset, fame plurimi miserabiliter enecti sunt. Porro Achab in prælio uulnere accepto, extinctus est, & linxerunt canes sanguinem eius, iuxta uerbum domini. Ita quidem principes & homines ad malum exemplum principum sese componentes grauißimas pœnas dare solent. Neq; solum id ex errore principum pendentibus accidere solet, uerumetiam solo principe delinquente. Cuius rei exemplum in Dauide uidere est. Qui cum instinctu sathanæ populũ numerasset nimirũ eius numerũ nosse percupiens, septuaginta millia uirorũ peste ceciderunt. Quam luem miseratus Dauid cernens angelum populum cædentem, in eam uocem prorupit. Ego sum qui peccaui, & ego iniquè egi, isti qui oues sunt quid fecerunt? Blasphemæ item uoces in deum Balthasaris regis, interitũ regni totius attulerunt, id quod futurum ostenderat manus in pariete uisa scribens Balthasarem cum toto regno periturum esse. Nec defuit euentus. Persæ enim & Medi subita irruptione facta, Babilonios obruerunt regnoq; potiti Balthasarem occiderunt. Duricia Pharaonis, & cor pœnitere nesciũ, quãtis calamitatibus? quantis erumnis? quantis cædibus Aegyptum afflixit? Postremo & ipsum Pharaonẽ cum toto exercitu aquis rubri maris obrui fecit. Quin & Sedechias Ieremiæ prophetiam cõtemnens à Nabuchodonozore rege captus, in conspectu suo filios trucidari uidit, ipsi autem eruti sunt oculi. Ierosolyma funditus euersa: templũ iussu dei erectum, destructum est: selectißima pars Iudaici populi unà cum rege in seruitutem Babylonicam abducta est, quam septuaginta annis pertulit. Tempus ne deficeret, si exemplis docere uellem, impietate principum fieri ut bellis, seditionibus

Marginalia: Lucullus, Ieroboam 3. Regum 12. — Achab. 3. Regum 19. — 3. Regum 13. — 2. Para. 13. — 3. Regũ 17. 18. Ia. 5. — 3. Regum 22. — Prĩcipe delinquẽte, populus pœnas dat. — DAVID 2. Regũ ultimo. — 1. Paral. 21. — BAlthasar Babil: Dan. 4. — Pharao, Exo. 8. 9. 10. 14. — Sedechias 4. Regũ ultimo Ieremiæ 38. 39. — Impietate principũ omnia bel-

lis feruent, & miscentur.

onibus omnia ferueant, alia aliò ferantur, omniaq; misceantur et mutentur. Ad cuius rei acerbitatem & tristiciam declarandā, nonnulli principum, faces orbis et humani generis appellati sunt. Quales fuere Cæsares, Caligula, Domitius Nero, Commodus, & cæteri. Tales principes Homerus iure δημοβόρους appellat, quasi tu dicas uoratores populi, quòd res populi ceu barathra quædam absumant, et abliguriant. Quin & ipsos populos trucident, & digladiando inter se perdant. Vides Ioannes Sigismunde ceu in speculo quantum impij & improbi principes & sibi & alijs officiant. Quamuis autē ex ijs iam colligere poteris, quantopere pietas principum, ipsis, & rebus publicis conferat, contrariorum siquidē eadem disciplina est, Tamen, ut cœpi, exempla proferā, ut ob oculos ponam, & quasi digito cōmonstrem ita fieri. Quid Iudæis cōtra Amalechitas pugnantibus uictoriam attulit, illisq; aliquando deum placatum reddidit? pietas Mosis. Quid effecit ne Samuel eiusdē gentis princeps, bouem aut asinum (ut ipse refert) alicui eriperet? neue quempiam calumniaretur, opprimeret, uel munere à quoquam dato gauderet? pietas. Quid Dauidē regem impulit ne illum ante arcam domini saltare, fidibusq; canere

Caligula, Nero, Cōmodus

faces orbis

Principes δημοβόροι ab Homero appellati.

Pietas principum quantum conferat.

Moyses, Exodi 17. Num. 14.

Samuel 1. Regum 12.

Dauid. 2. Regum 6.

canere puderet? pietas. Præterea ut iniuriam à Semei illatam, quòd à deo esset non ulcisceretur? pietas. Sauli item se persequēti ut parceret, cum illum bis oblata occasione dare neci potuisset? pietas. Non enim siuit hæc illū afferre manus Christo domini, sed uindicandum deo relinquere. Eadem factum, ut idem, nulla interposita mora, interficeret omnes peccatores terræ, ut disperderet de ciuitate domini omnes operantes iniquitatem, faceretq; iudicium, & iustitiam omni populo. Quis censeret non propter pietatē Dauidis, Dominum pollicitum fuisse protecturum se & conseruaturū ciuitatē Ierusalem? quod ut uerax est, præstitit. Nam centum octoginta quinq; millia Assyriorum, qui Ierusalem obsidione cinxerant, ab angelo percussa sunt. Non aliunde sanè quàm à pietate profectum existimem, quòd Iosaphat rex, in ciuitates Iuda prædicatores misisset qui uerbum dei syncerè docerent. Quamobrem pauor domini super omnia regna nationum finitimarum irruerat, ne bellum contra Iosaphat ab illis moueretur. Pietate motus Ezechias serpentem æneum à Moyse factum, cui Iudæi sacrificabant, contriuit, indignißimum ratus dei uiui gloriam dari sculptilibus. huius regis precibus quàm benignas aures domi-

2. Regum. 16.

1. Reg. 24. 26.

Psalm. 100.

2. Regum 8.

Isaiæ 38. 4. Regum 19

Iosaphat. 2. Paral. 17.

Ezechias. 4. Regum 18.

4. Regum 19. nus accomodauerit, indicat strages centum octoginta quinq; millium hostium ab angelo occisorum. Quid putas causæ fuisse nisi pietatē? ut Constantinus ille Magnus præter egregia dona diuorum templis illata, Christum ab omnibus colendum præciperet: in Nicænaq; synodo, cum sacerdotes inter se contenderent, singulorum libellos quibus culpæ continebantur, in sinu cōtinens, ne illis perscripta, rumoribus differantur: ad Episcopos diceret: illos esse datos hominibus deos, atq; ob id iudicādos ab illo solo, de quo scriptum est. Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos discernit: proinde mißis contentiōibus, ea quæ fidei sunt, ut discuterēt, moneret, libelloſq; querimoniarum exuri iuberet, ne palam fieret odium & digladiatio sacerdotum. ô mentem pietatis plenam, & monarcha orbis dignam. Ita ille nouerat, quæ regum, quæ sacerdotum sunt propria, neq; illa miscere, conturbareq; uolebat. Pietatem & illud Theodosij Cæsaris factum refert, qui diuum Ambrosium patienter tulerat, cum illum cēsuris ecclesiasticis percelleret, templumq; ingredi uetaret, monens ut uinculum quo dominus illum ligarat, susciperet. Qui gemens & flens in regiam reuersus, illi morem geßit. Iusserat enim Theodosius cū Thessalo-

Constantinus magnus. li. 2. hist. eccles. Nicænū cōciliū.

Psal. 81.

Theodosius. li. 9. ca. 30. histo. ecclesi.

Thessalonicæ seditio esset orta, aliquot millia hominum trucidari. Pietas in Carolo Magno et Lodouico eius filio præclaras uirtutes produxit, ob quas ille christianißimus, hic uero pius nuncupatus est. Stephanus ille rex Hungariæ, si à pietate alienus fuisset, neutiquam in id toto conatu incubuisset, quò Hungari depulsa ueteris uitæ caligne ad euangelicæ ueritatis lumen accederent legibusq; & institutis optimis firmarentur. Andreas eiusdem Hungariæ rex, cum in alijs: tum in hoc se pietatis studiosum exhibuit, quòd intellecta uxoris culpa, in exemplum seruandæ pudicitiæ, eam iure cæsam à Bancbano iudicauit, & eum à sententia absoluit. Vxorē enim Bancbani illa fratri suo uiolandam tradiderat. Adeò re ipsa is rex cōprobauit, quod aliquando Traianus Cæsar sibi fieri à præfecto mandarat, si minus iustè ageret. Cum enim ille præfectum prætorio designasset, gladio in manus eius porrecto, hæc uerba subiecit. Vtere hoc aduersus hostes meos in iustis causis, si minus iustè egero, in meipsum gladium stringito. ô factum principe dignum eo qui reipublicæ utilitati magis studet quàm suæ. Nouerat hic iusticiæ uim (cum illa etiam latronum opes firmet, & augeat) maximam inter leges, & iudicia reipublicæ esse.

CARolus magnus. LOdouicus pius. Stephanus rex Hūga. ANdreas rex Hūga. Traianus Cæsar.

AVGusti felicitas bonitas Traiani.

Quantam uero eius bonitatis famam retulerit, acclamationes populi principibus exhiberi solitæ declarant, cum Augusti fœlicitatem, bonitatem Traiani his adprecarentur. Hæc eadem pietas Sigismũdum illum regem Poloniæ

Sigismundus Rex Poloniæ.

auum tuum, nunquam satis laudatum, eò perduxit, ne regnum Bohemiæ, Hungariæ, ultro illi oblatum acceptaret. Diuinis nanq; disciplinis edoctus fuerat, iudicium durißimum

Sapien. 6.

futurũ principibus qui sibi solum in turbis nationum placerent, principum uero munus obirent minimè. Ad eum modum pietas efficit, ut alij regna contemnant, ubi uident se illis prodesse non posse. De quibus tamen alij inter se non sine maximo suo, & suorum malo, contẽdere solent, etiamsi uideant se illa non ualere tueri. Iam cum non pauci principum (licet id apostolus uetuerit) quouis uento doctrinæ cir-

Ephe. 4.

cumferantur, eorum præsertim qui libertatem christianam dant in occasionem carnis: ille idẽ

Galat. 5.

Sigismundus (cuius tu crebra mentiõe gaudes) ceu illustre quoddam omnium uirtutum regiarum monumentum, pro sua summa pietate et prudentia, ab eo sibi & suis diligentißimè cauit, sentiens non uniuscuiusuis, aut priuatorũ paucorũ, uerum ecclesiæ catholicæ iudicio standum esse, cui Christus affuturum se promisit omnibus

Matth. ultimo.

mnibus diebus, usq; ad consumationem sæculi. In summa pietas facit, ut principes cuncta quæ agunt ad reipublicæ utilitatem referant, obliti commodorũ suorum, ut etiam uitam suam profundant, dum ei prodesse student. Quales, inter cæteros plurimos, fuere Vladislaus et Lodouicus reges Hungariæ, qui cõtra Turcas pugnantes perierũt, ille apud Varnam, hic uero apud Mohacium. Habes Ioannes Sigismunde oculis subiectum, pietatem principum maximè utilem esse, & omnium uirtutum fontem. Vt enim ab impijs (iuxta uetus, & à Dauide usurpatum prouerbium) impietas: sic contra à pijs pietas egreditur. Atq; eam ob rem Paulus apostolus ad omnia utilem esse dixit. Pietatem autem uoco religiõem, hoc est, cultum deo debitum, obseruationemq; præceptorum illius.

Vladislaus Lodouicus reges Hungariæ.

Pietas fons uirtutum.

Prouerbium.

1. Regum 24.

1. Timoth. 4.

Pietas quid.

Quodsi hominis quem reueremur uniceq; amamus: iussa animo promptißimo capeßimus, utq; charißimi simus, diligentißimam operam damus: Quomodo non multo maximè, si pietate in deum flagrauerimus, affectu synceriore plenioribusq; obsequijs illum demerebimur? Porro pietatem syncerã ex literis sacris hauriendã esse, inconfesso est. Illæ enim sunt quæ, docente Christo, testimonium de deo perhibẽt. Illas cœleste numen, hoc est, ueritas inspirauit. Illæ mi-

Pietas syncera ex literis sacris discenda.

Ioan. 6.

Vtilitas sacrarũ literarum.

2. Petri 1.

Hiere. 23. Illæ mirabile dictu est, quàm rapiant attentos,
moueantq́; atq; transforment: atq; ob id igni,
Hebræ. 4. & malleo conterenti petram, gladioq́; anci-
piti, comparantur. In his ignorantiæ tenebris
Psal. 118. hæc est, dicente Dauide, lucerna pedibus, hoc
est lumen semitis nostris. Hæc est (ut idem lo-
Psal. 22. quitur) mensa in conspectu nostro à deo pa-
rata, aduersus eos qui nos tribulant. Non e-
nim aliunde efficatius solamen aduersus tri-
bulatiões, quàm ex literis sacris haberi potest.
Hæc sunt arma quibus in militia uitæ nostræ
aduersus impetum hostium spiritalium pugnã-
dum nobis est: quod Christus suo exemplo do-
Matt. 4. cuit, cum diabolo tentanti se sacram scripturã
protulit, qua illum refelleret. Et ut paucis cõ-
2. Tim. 3. plectar, Scriptura sacra (ut Paulus docet) ad
omne opus bonum homo dei instructus reddi-
Principibus sacri libri legendi. tur. Quamobrẽ regibus & principibus, quo-
rum authoritate maximè homines ducuntur, et
reguntur, literis sacris præcipitur, ut legem dei Deute 17
omnibus diebus uitæ suæ legant, ut discant ti- Iosuæ 1.
mere dominum deum suum, & custodire præ-
cepta eius, à quibus non declinent nec ad dex-
tram nec ad sinistrã, ut longo tempore regnẽt,
Cõsilium Sigismundi Augusti. & filij ipsorum. Earum igitur rerũ non igna-
rus Sigismundus Augustus Rex Poloniæ cle-
mentissimus, & uerbi diuini amantissimus, tibi
ex animo

ex animo consultum iri cupiens, sedulò horta-
tus est, ut in te docendo primam rationem pi-
etatis habeam. Quod equidẽ etsi suaptè spõ-
te fecissem, tamen illo monente & mandante,
quàm diligentissimè id muneris obeam, tu ipse
optimus testis esse poteris. Atq; ut eius mei co- causa libri
natus, euidentius testimonium, simulq́; uberior p̃sentis ex-
fructus extaret: librum quem, antequam ad te cudendi.
mandato regio irem, in gratiam studiosorum
scribere inchoaueram, Magnificoq́; domino
Spitconi Castellano Sandecensi nũcupare de-
creueram, nunc perficiundum ac typis excudẽ-
dum curaui, ut tibi uiam quãdam ad literas sa-
cras aperirem monimentumq́; mei tibi relin-
querem, ex quo audita à me facilius retracta-
re poteris. Eum quidem librum apud te agens
sub nomine tuo libentissimè ædidissẽ, illiq́; pla-
nè consecrassem, nisi ante Mœcenati meo, li-
cet imperfectus, dicatus fuisset. Tamen cum il- Ratio ep̃le præsentis.
li, in te instituendo, supremam manum addi-
derim, & propter te perficiundum maturaue-
rim, committere nolui quin epistolam illi præ-
figerem qua tibi à me, & ab eodem Magnifi-
co Spitcone tui amantissimo et obseruantissi-
mo offeratur, & commendetur, simulq́; consi-
lium sapientissimũ et saluberrimum Sigismũ-
di Augusti regis auunculi tui ostendatur, quò

 ad id

ad id sequendum reddaris alacrior & promptior, tum illius in se animum propensissimum et beneuolentissimũ uel inde agnoscas. Quod si liber hic tibi alijsq; legentibus aliquid fructus pepererit, bene mecum agi putabo, quòd finem destinatum assequutus sim. Sin minus: tamen neq; ea ratione me lusisse operam existimabo, ut pote qui conatum & uoluntatem meam, quæ in magnis non temerè repræhendi solet, declarauerim, alijsq; eius faciundi quod ipse præstare non potui, exemplũ præbuerim. Si quid autem à me erratum quispiam repererit: primum id mihi cum multis, ijsdemq; summis commune esse sciat. Est enim cuiusuis errare. Deinde sibi persuadeat, me errori assẽtiri nolle, quòd id non nisi dementis esse sciam. Hoc ubi fecerit, paratiorem ueniam dabit, Nisi forte ex eorũ numero sit qui in eo se doctos arbitrantur, si alijs detrahant. Ingenio enim (ait ille) qui uelit cedere, rarus erit. Cæterum, ut Græci dicunt πολλὰ μωμήσασθαι ῥᾷον ἐστιν ἢ μιμήσασθαι, hoc est, multa cauillari promptius est quàm æmulari. Nitore uerborum, & sublimitate sermonis quã parum ualeo, res quam scribo, ornari renuit, contenta doceri. Accipe igitur munus Ioannes Sigismunde à me tibi oblatum, mea quidẽ sententia,

Est cuiusuis errare.

HIERON. Multi i eo se doctos arbitrantur si alijs detrahãt.

Mart.

Parænesis ad PRincipem.

sententia, ratione materiæ quã tracto, magnũ: tibiq; persuade, te cum ob alia, tum propter tuam egregiam indolem esse charissimum Sigismundo Augusto, rara quadam & inaudita clementia regi. Serenissimæq; ac grauissimæ Bonæ Sfortiæ Poloniæ reginæ prudentissimæ. Inprimisq; matri tuæ Isabellæ reginæ Hungariæ singulari quadã clementia, animoq; plane Heroico, ac aduersis rerum undis immersabili præditæ. Illustri item ac Magnifico domino Comiti Petrowicz uiro mitissimo & integerrimo, tuiq; amantissimo, qui propter te unum possessiones amplissimas, in Hungaria dimisit: cæterisq; omnibus. Multo tamẽ te chariorem fore putato, si, ut cœpisti, pietate cæterisq; uirtutibus, & disciplinis Principe dignis studueris. Nihil enim charius, nihil amabilius uirtute. Regio sanguine, eodemq; clarissimo ortum ducis. Reges, Principes inclytissimos sanguinis coniunctione deuinctos habes, ipse princeps. Quamobrem, oculi omnium in te conijciuntur, quidue agas, quemadmodum uiuas inquiritur. Et tanquam in clarissima luce uerseris, ita nullum obscurum esse potest nec dictum tuum nec factum. Quo fiet, ut si quid, quod absit, designaueris, tanto conspectius futurum sit, nec citra omnium dolorem

maximum. Est tibi ingenium perspicax, est tenax memoria. Ne patiare illud ocio turpi torpescere. Verum ei doctrinam rectamq; institutionem, ueluti ferro acuendo cotem adhibe.

Vtilitas disciplinarum.

Etenim cum ratio humana, ignorantiæ nebula obfuscata sit, ob idq; in delectu rerum hallucinetur: hacq; nō rectè de rebus iudicante, aut oratio inepta sit oportet, aut nulla: certè ex optimis quibusq; scientijs, rerum natura perspecta, de rebus moribusq; rectè iudicari potest, & commodius disseri. Neq; enim uerba sedē habere possunt, si res dempseris. Adhæc appetitus rationalis, menti ipsi parentior redditur, cognitione disciplinarum emollitus, & quasi correptus. Da igitur operam ut rationem & orationem, quæ præcipua sunt in homine, optimis quibusq; disciplinis Principe dignis exornes. Quas si exornatas & perfectas habueris, rectè de rebus iudicare, & disserere, seq; bene gerere, alijsq; rectè consulere poteris. Non est enim cadentis alium erigere: nec ignorantis docere: nec inordinati ordinare: nec imperare eius qui non paruerit imperio, hoc est, qui animi & corporis perturbationes, rationis suæ imperio non subiecerit.

Sapien. 6.

Atq;, ut sacræ literæ testantur, melior est sapientia uiribus, & uir prudens quàm fortis.

Eademq;

Sapien. 6.

Eademq; docēt regem insipientē perdere populū, sapientē contra esse stabilimentū populi. Sed ea de re habes commentarium à me descriptum. Sustines apud omnes ferè maximam expectationem imitandæ industriæ optimorū quorumq; regum & maiorum tuorum: cui nō respondere indecorum est. Quare quantum animo conniti potes, quantum labore contēdere, tantum fac ut efficias, ut tibi honori, & tuis iucunditati utilitatiq;, & reipublicæ emolumento esse poßis. Neue committas, ut ne cū omnia suppeditata sint à tuis, tute tibi defuisse uideare. Id autem ita futurum existimato, si in primis pietatis studiosus fueris.


Psal. [illegible]

Inquirentes enim dominum (ait Dauid rex) non deficientur ullo bono.

Vale.

Calend. Iulij. Anno Dñi 1552.

IN ARMA SPECT. AC MAGN. D. SPIT. conis Iordani, Cast. Sandeceñ. & R: P. thesaurarii.



Pro meritis uirtus semper laudatur: & æqua
Virtuti ex meritis gloria semper erat.
Quantū igitur dices, qualemue putaueris illū
In cuius laudes buccina terna datur?

N. G. L.

SPECTABILI AC MAGN. DOMINO Spitconi Iordan de Zakliczin et Melstin, Castellano Sandeceñ, et Regni Poloniæ Thesaurario supremo, Capitaneo Camionaceñ. &c.

ALBERTVS NOVIcampianus. S. P. D.

HVmano ingenio id peculiare esse philosophi grauissimi prodidêre, Magnifice domine, ut in percipiendis disciplinis, à cōmunioribus ad minus communia progrediatur. Proinde efflagitantibus quibusdam lectissimis iuuenibus Polonis & Hungaris, ut illis aliquid in literis sacris legerē: cum maiora ipsis præstare nō potuis-

Ratio Methodi in libro hoc obseruatæ.

potuissem, Aristotelis scriptis enarrandis occupatus: cupiebam autem pro pietate Christiana, ea in re illis gratificari, tanquam ad mercaturam bonarum literarum Cracouiam profectis: congessi seriem et capita præcipua, cōtentorum in biblijs ueteris et noui testamēti, ad quæ ceu scopum, omnia diriguntur, his & annotatiões adieci plenioris sensus gratia. Quæ quidem illi habētes, tanquam sagittarii, citius & melius id quod oportet, attingere poterint. Hæc tandem uolens animi mei in te promptitudinem tibi testatam esse, sub nominis tui auspicio ædenda curaui, quippe qui ut spectatissi-

mæ pro-

mæ probitatis es, literarumq́ amātissimus: ita probis, & doctis, efflorescendisq́ studiis unicè faues. Maiora quidē danda erant, uerum illa nobis nōdum maturuerunt. Quamuis & hæc, si utilitas spectetur, nō usq́ adeò parua erunt, præsertim à primo limine (quod dicitur) literas sacras salutaturis. Ignorantes enim scopum in unoquoq́ scripto, similes sunt cæcis nescientibus quò ferantur. Neq́ parui artificii est, rē latissimè patentem in angustū perdiscendi gratia contrahere. Eiusdemq́ artificis est copiosè & breuiter dicere.

Vale studiosorum summe Mecœnas.

IN LIBRVM.

Sint alijs curæ fastus, sint tecta superba.
Hoc studium tibi sit, posse placere Deo.
Tū quæ uita bonos maneat, quæ pœna malignos,
Et qbus ad cœli scāditur astra uijs.
Cūcta hæc quo pacto fiāt quaq; arte parētur,
Disces: hunc tantum uolue reuolue librū.

S. M.

SERIES ET CAPITA PRÆCIPVA CONTENTORVM IN bibliis Veteris & Noui testamenti, ad quæ, ceu scopum omnia diriguntur.

1 DEVS 2 CREATIO

3 PECCATum, 4 MORS

5 CHrūs ꝓmissus 6 LEX,

7 Aduētus CHri, 8 IVSTIFicatio

9 fides, spes, charis 10 IVDICIVM

11 Vita Æterna.

HÆC QVOMODO INTER SE COHAERE ANT, sic accipe.

Deus. DEVS, Vnus in essē-
tia, trinus in personis, qui in se-
metipso beatissimè ab æterno
mansit, procursu temporis, uer-
Crea- bo ex nihilo, uniuersa propter Ps. 32
tio. semetipsum operatus est, ut Sa-
Prouerb. lomon ait. Non quòd iis indi-
16. geret, sed ad ostendendam glo-
Ephes. 1. riam suam, abundantesq; diuiti-
as gratiæ suæ in bonitate ratio-
nali creaturæ. Ea re igitur ho-
Gen. 1. minem ad imaginem, & similitu
dinem sui creauit, hoc est, natu-
ram compotem rationis & co-
gitationis ei impertiuit, ut esset
qui opera eius intelligeret, qui

illius immensam potestatem, sa- Eccle. 17.
pientiam, bonitatem admirare-
tur, prædicaret, utque, cum cæ-
teræ animantes uentri pabuloq;
seruirent: ille in diuina Maiesta-
te suspicienda ac prædicanda, o-
mnem operam, mentem deniq;
omnium collocaret, Deumq; piè
colendo, & assiduè contemplan-
do, summum bonum conseque-
retur. Primum autem hominē Pecca-
Deus ita condiderat, ut perfun- tum.
ctum obediētiæ munere, sine in-
teruētu mortis, angelica immor-
talitas, & beata æternitas seque-
retur. At ille non consyderans
sibi tantum honorem à Deo ex-
hiberi, præcepto diuino non o-
bediens, fructum, quo illi in pa- Gene. 3.
radiso constituto, Deus interdi-

xerat, ex arbore decerptum co-
medit, atque ea ratione, trans-
gressa præcepto diuino, primus
hominum peccauit, peccatumque
Sapien.2. inobedientia sua, ex inuidia Dia-
boli, qui illum seduxerat, profe-
Roma.5. cta, in mundum inuexit tale, tan-
tumque, ut omnes qui ab eo secun
dum carnem gignerentur, subij-
Mors cerentur peccato, morti, damna-
tionique æternæ, redacti sub iu-
gum, & tyrannidem Diaboli.
Christus promissus Porro Deus, qui diues est in mi- Eph.2.
sericordia, propter nimiam cha-
ritatem suam, qua dilexit nos, fi-
lium suum seruatorem se missu-
Gen.3.12. rum pollicitus est ipsi Adamo,
26.28.49 Abrahamo, Isaaco & reliquis, qui
à peccato, & tyrannide Diaboli
liberaret eos, qui uiua fide huic
promis-

promissioni siderent, liberatio-
nem hanc ab ipso, & per ipsum
sperantes. Interim uero dum ex-
pectabatur promissus Christus LEX.
(quoniam apud omnes ferè ho-
mines, lex naturæ ita erat obscu-
rata, ut etiam manifesta scelera,
perinde ac si scelera non essent,
dissimularentur) data fuit lex à
Deo, quæ ostenderet peccatum, Rom.3.5.7.
et terreret, conturbaretque consci
entiam, non ut per incussos ho-
minibus timores, perimat: sed ut
humanas animas, quasi de inno-
centia securas, ipsa demonstrati-
one peccati reas faciat: quò tan-
dem illæ intelligentes peccatum
sine gratia uinci non posse, rea-
tus sollicitudine, ad percipien-
dam gratiam promissi mediato-

 ris

Gala.3. ris conuerterentur : utque lege
quasi pœdagogo à sceleribus cō-
ércerentur: illisqúe lex esset nor-
ma rectè uiuendi. Qui quidem
mediator, constituto apud se tē-
pore uenire uoluerat, quo abun-
dabat omnis iniquitas, cum Di-
abolus omnem mensuram mali-
ciæ à Christo delendæ imple-
Aduē- uerat. Vbi autem aduenit ple- Gal.
tꝰ Ch- nitudo illa temporis, natus est 4.
risti. ille Christus Iesus, & ante legem,
et tempore legis, multis patribus
Isaiæ 53. promissus & prædictus, pœnas-
qúe peccato hominis debitas,
Ioan. 1. ceu uerus agnus, uera hostia in
1. Ioan. 2. cruce persoluit (id quod futurū
Hebræ. 9. hostiis illis in ueteri lege à Deo
10. præscriptis, adumbratum erat)
Ephe. 2. eóq; modo homines natura fili-
os iræ

os iræ existētes, Deo patri recō- Hebræ. 2.
ciliauit, & à tyrannide Diaboli,
cui propter peccatum erant sub-
iecti, liberauit, ut sine timore de
manu inimicorum suorum libe-
rati, illi seruirent in sanctitate, et
iustitia coram ipso omnibus di-
ebus suis, Zacharia parente præ- Lucæ 1.
cursoris domini, spiritu sancto
repleto ita uaticinante. Vt quod Iustifi-
iustitia illa prima amissa assequi catio.
non poterant, nunc adipiscan-
tur, iustificati, uelut Apostolus Rom. 3.
ait, gratis, per gratiam Dei, per
redemptionem quæ est in Chri-
sto Iesu, quem proposuit Deus
mediatorem per fidem in sangui Fides.
Gal. 5. ne ipsius. Quæ quidem fides in
2. Co- Christo ualet, quæ per charitatē Chari-
rin. 5. operatur. Hac autem fide susce- tas.
 pta,

pta, dat Deus ſpiritum ſuum ſan
ctum, quo ſignat omnes creden-
Ephe. 1. tes, qui eſt pignus & arrabo nos
Rom. 8. certò uitam æternã poſſeſſuros,
teſtimoniũq; reddit ſpiritui no-
Roma. 5. ſtro quòd ſumus filii Dei, ſimul-
q; diffundit charitatem in uiſce-
ra noſtra, quæ Chriſtianorum
eſt quoddam peculiare inſigne. Io. 13
Spes: et ſpem, quam, ut Paulus ait, ſi- Heb. 6.
cut anchoram habemus animæ
tutam ac firmam, & incedentem
uſq; ad interiora uelaminis, ubi
præcurſor pro nobis introijt Ie-
ſus, ſecundum ordinem Melchi-
ſedech pontifex factus in æter-
Iudicium. num. Hic autem Chriſtus Ieſus, Actu ũ 1.
qui à mortuis tertio die reſur-
gens, per quadragintaq; dies ap-
parens ſuis, et loquens illis de re-
gno

gno Dei, in conſpectu diſcipu-
lorum in cœlum aſcendit, ſpiri-
tumq; ſanctum illis promiſſum 2. Theſſ. 2
miſit: poſt interfectum ſpiritu
oris ſui hominem peccati, quan-
do mortui reſurgent, ſedebit in
Maieſtate ſua omnes iudicatu-
rus, & redditurus unicuiq; pro- 2. Corin. 5
pria corporis prout geſſit ſiue
bonum ſiue malum, dicturusq;
Mat. 25. his qui à dextris erunt. Venite VITa
benedicti patris mei, poſſidete ęterna
paratũ uobis regnũ à conſtituti-
one mundi. Iis autem qui à ſini-
ſtris. Diſcedite à me maledicti
in ignem æternum, qui paratus
eſt Diabolo, & angelis eius.
Tunc finis erit, regnũ-
q; Deo patri 1. Cor. 15.
tradet.

DE DEO ANNOTATIONES IN SCOPUM BIBLICUM, ueteris & noui testamenti, summam doctrinæ Christianæ continentes.

AVTHORE
Alberto Nouicampiano.

DEVS.

Deus unus in essentia, trinus in personis. &c.

Vbi quæritur unitas trinitatis, Pater, & filius, & spiritus sanctus, nec periculosius alicubi erratur, nec laboriosius aliquid quæritur, nec fructuosius aliquid inuenitur, ait Augustinus. (Li. 1. de trinita.) idq; non temere. Hoc enim qui ignorat, neq; credit, salutem animæ neutiquam consequi potest. Quod equidem summæ infœlicitatis esse nemo negauerit. Quid enim prodest homini si totum mundum lucretur, animæ uerò suæ detrimentum patiatur? inquit seruator. (Mat. 16.) Cæterum inde salutem animæ consequi, idem ostendit, cum dixit. Hæc est uita æterna, ut cognoscant te uerum (Ioã. 17.)

[Left margin, partly cut off: ...eo ßmõe, pri... breuis ẽ ad... rtatio ad dei... gnitionẽ. Se... do agitur de... gnitione Dei... uisione. Ter... Dei descri... o ponitur e... q; explana..., in qua po... imũ 4. tra... ntur in Deo... credeñ. ...x cogniti... trinitat. ...ta æ tña.]

rum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Et alibi. Qui non credit iam iudicatus est, quia non credit in nomine unigeniti filij Dei. (Ioan. 3.) Vnde apud Hieremiam hortatur dominus, ut in Dei cognitione solùm unusquisque glorietur. (Hier. 9.) (In Dei cognitiõe solũ gloriãdum.) Non glorietur (inquit) sapiens in sapientia sua, & non glorietur fortis in fortitudine sua, & non glorietur diues in diuitijs suis: sed in hoc glorietur, qui gloriatur, scire & nosse me, quia ego sum dominus, qui facio misericordiam, & iudicium & iustitiam in terra. Hoc igitur studium paruis, & amplis properandum, si uerè fœlices esse uelint. Exquisita autem illa comprehensio, & expressa cognitio Dei secundum diuinitatem, nemini contingere potest: quin nec superis uirtutibus. (Expressa cognitio Dei nemini contingere põst.) De qua re diuus Chrisostomus contra Anomæos hæreticos quinq; orationibus abundè disserit, multa testimonia sacræ scripturæ proferens. (Chrysost. contra Anomæos.) Vt inter cætera illud Ioannis. Deum nemo uidit unq̃, unigenitus filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit. (Ioan. 1.) Et illud Pauli. Rex regum & dominus dominantium, qui solus lucem habitat inaccessibilem, quem nullus hominum uidit, sed nec uidere potest. (1. Timo. 6) Et alia permulta. Quæ non solum de natura humana dicta esse ostendit, sed etiam de superis uirtutibus, propterea quòd Ioannes unigenitum

nitum allegaret eius dogmatis præceptorem & authorem. & Paulus dixerit. Non qui lux inaccessibilis sit, sed: qui lucem habitat inaccessibilem. scit ut intelligatur, quàm ipse Deus habitans inaccessibilis sit, quando domicilium quod inhabitat inaccessibile est. Quæ tamen, non ita refert (inquit) ut Dei locum, aut domum suspicetur quis: sed quò latius quàm ipse Deus incompræhensibilis sit, accipiat. Quapropter nec lucem incompræhensibilem habitat, dicit: sed in accessibilem, quòd longe plus quàm incompræhensibile est. Quod enim inquisitum, inuestigatum conpræhendi non potest, id esse incompræhensibile dicimus. Quod autem ne inuestigandi quidem ullo pacto operam patitur, & ad quod nemo propius accedere potest, id inaccessibile est. Ita Chrysostomus. Qui ut confirmet, non solum hominibus incompræhensibilem esse Deum, sed etiam uirtutibus superis illud Esaiæ sexto in medium profert. Anno quo mortuus est Rex Ozias, Vidi dominum sedentem in solio excelso, & eleuato, & Seraphim stabant circum eum: sex alæ uni, & sex alæ alteri, duabus obuelabant pedes. Quamobrem (inquit Chrysostomus) alas proponunt, & suas operiunt facies? quid aliud dixeris causæ, quàm splendorem procursantem è solio illo, & fulgor prosiliens

Locus Esaie 6.

prosiliens ferre nequire. Quanquam non ipsam meram uidebant lucem, nec ipsam synceram substantiam: sed quæ uidebant, condescensus erat, & indulgentia. Est autem condescensus, inquit, cum Deus non ut est, se ostendit, sed quoad uidere is potest qui aspectum huiusmodi meruit, quatenus firmitati uidentis suam repræsentationem metitur ac temperat, condescendere illum tantisper dicimus: & eiusmodi rem, condescensum nominamus, & indulgentiam. Constat autem illa condescensum fuisse uerbis ipsius prophetæ. Vidi dominum, inquit, sedentem. At Deus non sedet. corporis enim hic habitus. & in solio, cũ Deum nullum solium complectatur. Est enim nullius penitus capiens descriptionis. Attamen ne condescensum quidem ferre potuerunt, quanq̃ propinquè. Seraphim enim stabant circum eum, inquit. quod tamen non loci signat propinquitatem. Sed cum spiritus sanctus uellet ostendere illas essentias, quanq̃ diuinæ substantiæ propiores, non tamen propterea posse prospicere: idcirco dixit. Seraphim stabant circum eum. Non ut locum & spatium indicaret, sed quò ex ipsa loci propinquitate propius quàm nos illas ostenderet. Deum nanq; incompræhensibilem esse, non pari modo nos atq; uirtutes nouimus. sed quanto illæ excretiores

Condescẽsus in uisiõe Dei q̃d est

tiores, puriores sunt natura humana, tanto per-
fectius norunt & melius. Quemadmodum lucem
radiorum solis, non tam coecus, q̃ uidens, inacces-
sibilem nouit: sic naturam dei inaccessibilem, non
eodem nos nouimus modo, quo illæ superæ uir-
tutes, & incorporeæ. Quantum enim inter ho-
minem coecum & uidentem discriminis est, tan-
tum illæ à nobis differunt. Quamobrem si pro-
phetam, ait Chrisostomus, dicentem audis. Vidi
dominum. noli quasi eius substantiam uiderit, su-
spicari: sed condescensum ipsum uidisse intellige,
eumq; obscurius, quàm uirtutes superæ uideant.
Non enim tantum uidere quantũ Cherubim po-
Visus i uir- tuisset. Visum autem in uirtutibus superis, pro co-
tutibus su- gnitione positum arbitrare. Haud enim pupillæ
peris. & oculi, & genæ insunt in uirtutibus illis super-
nis, sed quod uisus in nobis est, idem in illis co-
gnitio. Et quemadmodum hæc uisio Esaiæ conde-
scensus fuit, ita Danielis, Micheæ, Amos, & cæ-
Daniel. 7 terorum. Non enim synceram ipsam substantiam
3. Reg. 22 Dei uiderunt, eò quòd uaria quisq; uiderit. De-
Am. 9. us enim simplex, ab omni concretione seiunctus,
nulla forma aut figura effigiatus est, quẽ & Pau-
1. Timo. 5 lus ad Timotheum scribens, inuisibilem dixit. At
uerò illi omnes figuras uiderunt uarias. Quod
idem Deus per alium item prophetam insinuans,
ac pre-

de persuadens, neminem scit exquisitè ipsam su-
am uidisse substantiam, inquit. Ego uisiones mul- Oseæ 12.
tiplicaui, & in manibus prophetarum assimila-
tus sum. Tum ex his quæ Deus Mosi denegat, li- Exo. 33.
quet. Cum enim ille uidere Deum sensu oculorũ
concupisceret: is, nemo uidebit faciem meam &
uiuet, addidit. significans, ut Augustinus ait, quòd Aug. epi-
nemo potest eum uidere in hac uita uiuens sicuti sto. 112.
est. Nam multi uiderant, sed quod uoluntas ele-
git, non quod natura formauit, inquit idem, affir- Visio Dei
mans Deum uideri posse in uita futura, quia hoc in uita fu-
in ueracissima scriptura legatur. Beati mundo tura.
corde, quoniam ipsi Deum uidebunt: & ita ui- Math. 5.
deri posse sicuti est, quia id filiis promissum est,
de quibus dictum. Dilectissimi nunc filij Dei su- 1. Ioan. 3.
mus, & nondum apparuit quod erimus, scimus
quia cum apparuerit, similes ei erimus, quia ui-
debimus eum sicuti est. Visionem autem hanc, cu-
ius in his sacræ scripturæ locis mentio est, intel-
ligit eam, quæ mente futura est, & illa quidem
ineffabilis, quam tunc consequemur, cum æqua-
les angelis Dei facti fuerimus. De quibus scriptũ Math. 18.
est. Angeli eorum uident faciem patris uestri qui
in coelis est. Non quia Dei plenitudinem quis-
quam, non solùm oculis corporis, sed uel ipsa
mente aliquando comprehendit. Aliud est enim
uidere

uidere, aliud totum uidendo comprǽhendere.
Quandoquidem uidetur quod præsens utcunq;
sentitur, totum autem cōpræhenditur uidendo,
quod ita uidetur, ut nihil eius lateat uidentem, aut
cuius fines circumspici possunt, sicut te nihil latet
præsentis uoluntatis tuæ: circumspicere aūt po-
tes fines annuli tui. Hoc ipsum, Dei sczt plenitu-
dinem esse incompræhensibilem, ipse seruator do
Lucæ 10. cuit, cum diceret. Nemo scit quis sit filius, nisi pa-
ter, & quis sit pater, nisi filius, & cui uoluerit
filius reuelare. Hinc Augustinus facilius dictu Faci-
in psal. 85 esse ait, quid non sit Deus, quàm quid sit. Terram liꝰ di
sup ill. Nō cogitas? (inquit) non est hoc Deus. Mare cogi- ctu q̄d
ē simil. tibi tas? non est hoc Deus. Omnia quæ sunt in terra, nō sit
ī diis Dñe homines et animalia? non est hoc Deus, Omnia Deus
quæ sunt in mari, quæ uolant per aërem? non est q̄ qd
hoc Deus. Quicquid lucet in cœlo sol, stellæ? non sit.
est hoc Deus, Ipsum cœlum? non est hoc Deus.
Angelos cogitas, uirtutes, potestates, Archange-
los, thronos, dominationes? non est hoc Deus.
Et quid est? hoc solum potui dicere quod non sit.
Quæris quid sit? quod oculus non uidit, nec au-
ris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Quid
quæris, ut ascendat in linguā qui in cor non ascē-
Esaiæ 40 dit? Ea re igitur & apud prophetam, interrogat
Deus dicens, Cui ergo similem fecistis Deum, aut
quam

quam imaginem ponetis ei? innuens se nulli Priā cogni. Dei
creaturæ similem. Quamobrem prima cogni- scire q̄d nō sit.
Gene tio Dei esse dicitur scire quid non sit. Quòd Aug. li. 8. d' tri.
1. autem scriptura ait hominem ad imaginem Hō cur ad ima-
Dei creatum esse, hoc intelligendum hac rati- ginē Dei factus
one dictum, quòd rationalis, quòd intellectu- dicatur?
alis factus sit, non autem quòd eiusdem sub- Augus. de essen
Pris- stantiæ & naturæ sit, cuius Deus est, quod Pri- tia diuinitatis.
cillā. scillanistæ sensere, & Antropomorphitæ, fin-
error gentes sibi Deum cogitatione carnali in simi- Gētiliū phi deū
litudinem hominis. Quin & gentilium philo- icōpreh. sensere
sophi, qui gradibus rerum inferiorum ad co- Ea de re latius
gnitionem Dei unius peruenerant, Deum in- lege, ubi agitur
compræhensibilem esse prodidêre. Plato e- de creatione.
nim dicit θεὸν μὲν εὑρεῖν οὐ ῥᾴδιον, γνῶ- Plato. sententia
ναι δὲ ἀδύνατον, id est, Deum quidem in-
uenire haud facile est, intellexisse autem im-
poßibile. Et in Timeo inquit, τὸν μὲν οὖν
ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντὸς
εὑρεῖν τε ἔργον, καὶ εὑρέντα εἰς πάντας
ἀδύνατον λέγειν. hoc est, authorem &
parentem huius uniuersitatis inuenire ope-
rosum est, & inuentum, fieri non potest, ut in
uulgus commodis uerbis efferas. In Parmeni-
de uerò, de uno illo disputans ait, nullum
nomen ei esse inditum, non diffiniri, non sci-

entia capi, nō in sensus incurrere, nullā de eo haberi opinionē: quocirca neq; nominari, neq; dici, neq; cogitatione cōprehendi, neq; cognosci, nec ab ullo ente sentiri. Ita quidē Plato et cæteri philosophi gentiliū, qui ad cognitionē Dei à sensibus profectam, rerū inferiorū gradibus peruenerant, sentientes Deum esse mentem quandam solutam & liberam & segregatam ab omni cōcretione mortali, omnia sentientem, & mouentem, per quam essent omnia constituta. Quibus illa, quæ uim effugiebāt intelligentiæ à sensibus profectæ, quæ scīt diuinitus reuelata sunt, ut mysterium Trinitatis, & cætera eiusmodi, ignota fuere, testante inter cæteros Dauide. Qui annunciat uerbum suum Iacob, iustitias & iudicia sua Israël. Nō fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis. Nam illa quæ de filio Dei, de creatione mundi per uerbum, cæteraq; eiusmodi, quæ uidentur consona doctrinæ Christianæ apud Platonem, Mercurium Trismegistum, Plotinum, aliósque reperiuntur, hæc ab illis rectè non intellecta, ex sacris uoluminibus accepta sunt, quemadmodum grauißimi scriptores docent. Deus igitur secundum diuinitatem exquisitè comprehendi non potest.

Gentilium philosop. quomō ad cognitionē Dei p̄uenerunt, et q̄lis fuerit eorū cognitio.

Cic. 1 Tusc.

Aris. d'mūdo.

Psal. 147.

occupatio

Euseb. ca. 10. lib. 11. et ca. 7. li. 13. prepa-

Neq;

Neq; id mirum, cum plurima sint in rebus naturalibus, quæ propria cognitiōe cognosci nō possunt, ut inter cætera materia prima, communis omnium parens. hæc enim νοθῷ λογισμῷ id est spuria cogitatione (ut inquit Plato, referente Philopono) cognoscitur, uel, ut Aristoteles loquitur, per analogiam, id est, proportionem. Quo fit ut illi incassum laborent, qui essentiam diuinam curiosè scrutātur, eam exactè cognoscere cupientes. Et sicut qui mel multum comedit (ait Salomon) non est ei bonum, sic qui scrutator est maiestatis, opprimetur à gloria. Altiora igitur te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris, sed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus, ait sapiens Hebræus. De Deo aūt hæc nobis literis sacris patefacta sunt, & præcepta ut credamus. Deum esse spiritualem essentiam, qua nihil potest esse melius ac sapientius, quæ incommutabiliter est sine tempore ab æterno, quæ est ipsum esse, & à qua uenit rebus conditis, ut sint aliquo modo, incomprehensibilis, ineffabilis, omnipotens, uerax, iusta, in qua nihil adiunctum, nihil creatum. Atq; hic quidem Deus unitate essentiæ unus est, & trinus in pere

rationis euāgelicæ.

Materia prima impropria cognitiōe pcipitur. li. 1. Physicorum.

Proue. 25.

Ecclesia. 3

Descriptio Dei.

in personis, quarum tamen eadem est deitas, eadem essentia, & coëternitas, eadem omnipotentia, eadem maiestas, eadem sapientia, eadem bonitas. Prima persona appropriatur patri, secunda filio, tertia spiritui sancto. Pater innascibilis est, filius ab æterno à patre genitus, generatione ineffabili, qui destinato tempore assumpsit humanam naturā ex Maria uirgine. Spiritus sanctus ab utroq; procedens. Pater per filium redemit ecclesiam, per Spiritum sanctum gubernat, regit, uiuificat. Hac quidem descriptione Dei quatuor describuntur. Primum essentia Dei qualis sit. Secundum, unum Deum esse unitate essentiæ, trinū in personis. Tertium, communia & propria personarū. Quartum, facta quædam personis peculiaria. Quæ omnia sigillatim paucis declaranda duxi sacræ scripturæ testimonio. Quod primum attinet, ut ab ipso nomine incipiam. DEVS (quod nomen, ut ait Augustinus, est potestatis non proprietatis) à Græco nomine θεος deducitur, hoc uero à θεῶ, id est, uideo, quòd ipse omnia contempletur & uideat, uel à δέομαι, id est timeo, quòd omnibus timendus sit. Apud Hebræos sunt decē nomina, quibus Deus uocatur, ut diuus Hieronymus refert.

Partitio descriptionis DEI.

DEus nomē potestatis.

Aug. ß.125

Decē nomina mystica Dei.

Hier. ad Marcellū.

fert. Primum est El, quod interpretes septuaginta θεον, id est, Deum. Aquila ἰσχυρὸν, id est fortem interpretatur. Deinde Elohim & eloha, quod & ipsum Deus dicitur. Ait aūt Hieronymus Elohim nomen numeri communis esse: q; unus Deus sic uocetur et plures. Nomen Elohim, referente quodam, et si pluralitatem designet, cum uerbo tamen singularis numeri iungi solet, quoties in scriptura sacra ꝓ deo uero accipitur, ut illud in principio geneseos, elohim bara, id est, dij creauit. Idq; non sine grandi mysterio factum est. Quia enim, iuxta diui Augustini sententiā opera, trinitatis indiuisa sunt: idcirco Moses ad insinuandum omnes tres personas diuinas, patrem & filium, & spiritum sanctum simul ad mundi creationem concurrisse, elohim, id est, dij in plurali dixit, & non eloha, siue el, id est Deus in singulari. Ad ostendendum autem tres personas illas essentialiter non distingui, sed idem omnino esse, hoc est unum Deum esse & non tres deos, bara, id est, creauit in singulari dixit, & non bareu, id est, creauerunt. Hoc tamen nomen elohim cum pro Deo uero sumitur, etiam cū uerbo pluralis numeri copulatur. Vt primo geneseos, et dixit Elohim, id est, dij

PRimum Nomen DEI

Secundum

Tertium.

dij: faciamus hominem ad imaginem nostrã. hoc aũt nequaq̃ fieret, si pro uero Deo acceptum semper singulariter teneretur, sicut quidam Iudæi asserunt.

Quartum

Quartum nomen Dei, ait Hieronymus, Sabaoth, quod Septuaginta, uirtutum: Aquila, exercituum trãstulit.

Quintum

Quintum Elion, quod nos excelsum dicimus.

Sextum.

Sextũ Eser Eheie, quòd in Exodo legitur. Qui est, misit me: non quòd non sint alij, sed aliud est creatoris esse beneficio quod subsistat, aliud æternitate naturæ.

Exo. 3.

Septimum

Septimum Adonai, quem nos generaliter dominum appellamus.

Octauum

Octauum Ia, quod in deo tantum ponitur, & in alleluia extrema quoq; syllaba sonat.

Nonum

Nonum Sadai, id est, qui sufficit, uel qui sufficiens est, uel qui sufficientia est.

Decimum

Tetragrammaton appellatũ

Decimum est tetragrãmaton Græcè dictum, id est, quatuor literarũ, quod quatuor literis scribatur iod י he ה uau ו He ה. quæ literæ si punctentur Iehoua efficiunt.

Iehoua q̃d significet.

Hoc nomen alij generans interpretantur, alij qui essentiat, uel qui dat, omnibus esse, alij autem unus et omnia, siue omnia eminenter continens.

NOMen ineffabile DEI.

Hoc nomen diuus Hieronymus ἀνεκφώνητον appellat, hoc est, ineffabile, quòd nefas esse apud Iudæos censetur nomen ipsum ore pronunciari, uti ipsæ literæ sonant

teræ sonant ex quibus componitur. Quare ubicunq; hoc nomen reperiunt, illud haud quaquam proferre audent, sed loco eius nomen Adonai proferunt, quod est dominus, idq; hac ratione quod per hoc nomen significetur Deus ineffabilis atq; incompræhensibilis. Sacerdotes tamen illud nomen, ut scriptum est, proferebant, dum populo in sanctuario benedicebant. Non enim extra sanctuarium ineffabile nomen effari licebat.

Benedictio nomine Dei ineffabili quomõ fiebat.

Hæc autem benedictio, nomine dei quatuor literarum, quæ tribus digitis ambarum palmarum erectis, et duobus depressis fiebat, ad designandam diuinarum personarum trinitatem, per ipsum nomen significatam, in Simeone iusto, qui Christum infantulum suscepit in ulnas, penitus defecit, ut Rabbi Moses testatur.

Galatinus

Nõen sem hãmephoras.

Nomen tetragrammaton Iudæi sem hammephoras, id est nomen expositum uocauerunt. Quia illud ueteres Hebræorum per nomina duodecim, & quadraginta duarum literarum exponebant.

Nomẽ dei duodecim literarum

Porro nomen duodecim literarum, & nomẽ quadraginta duarum literarum, non sunt uerè nomina, quorum alterum ex duodecim, alterum ex quadraginta duabus literis constat, sed unum quodq; eorum uerba diuersa continet.

quæ unum ostendunt. Nomen autem duode-
cim literarum non aliud fuisse narratur q̃ hæc
tria nomina: ab, ben, ueruah, hacados, id est,
pater, filius et spiritus sanctus, quæ si scriban-
tur Hebraicè, literis duodecim constabunt.

Nomẽ dei quadragĩta duarum literarum

Sic duarum & quadraginta literarum nomen
Hebræis literis scriptum, numerum prædictum
literarum complectitur, quod latinè sic reddi-
tur: Pater Deus, filius Deus, & spiritus san-
ctus Deus: Verumtamen non tres sunt Dij,
sed unus Deus. Cæterum hæc nomina à ue-
teribus illis occultabantur, nec ueteres illa do
cebant, nisi honestos & pudicos in sacerdotio.
Sed de nominibus mysticis Dei hactenus,
nunc partes descriptionis prosequendæ sunt.

DEus spũalis essẽtia

Spiritus in sacris.

Deum esse spiritualem essentiam, Christus do-
cet apud Ioannem. Spiritus est Deus, & eos Ioã. 4.
qui adorant eum, in spiritu & ueritate opor-
tet adorare. Spiritus autem interdum pro
flatu spiritus aërei accipitur, secundum quam
appellationem non oportet aliquid simile ima
ginari de deo: sed hoc loco spiritus significat,
id quod est incorporeum. Qua significatione
& Angeli dicuntur spiritus, & animæ huma-
næ, at ratione incomparabiliter crassiore.
Nulli enim creaturæ Deus similis est, ut ante
ostensum

DEus bonus.

ostensum est. Bonitate uero adeò anteit o-
mnibus, ut neminem esse bonum, sacra scriptu-
Lucæ 18. ra prædicet, nisi solum Deum: quòd scz bo- Nemo bonus nisi solus Deus.
nitas non sit ei accidens, sed essentia: de eiusq́;
plenitudine acceperunt, qui boni sunt partici-
patione quadam. Quòd autem nihil sit Deo Deo nihil sapientius
sapientius, uel ex operibus eius consilijsq́; in-
scrutabilibus colligere licet. Quæ Paulus dum
expenderet, stupens exclamauit. O altitudo Roma. 11.
diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, quàm in-
comprehensibilia sunt iudicia eius, & inuesti-
gabiles uiæ eius. quis enim cognouit sensum
domini, aut quis consiliarius eius fuit? Vnde
apud Esaiam ait dominus Sicut exaltãtur cœ- Esaiæ 55.
li à terra, sic exaltatæ sunt uiæ meæ à uijs ue-
stris, & cogitationes meæ à cogitatiõibus ue-
stris. Et Iob. Ecce deus magnus uincens sci- Iob 36.
entiam nostram. Qui, ut apostolus scribit, cõ- 1. Cor. 3.
prehendit sapientes in astutia ipsorum. Proin-
de Salomon scriptum reliquit, non esse consi- Prou. 21.
lium contra dominum. Quem incommutabi- Deus incõmutabilis
lem esse testatur scriptura. Malachiæ tertio
ait de seipso dominus. Ego deus non mutor.
Psal. 101. Et Psalmographus. Initio tu domine terram
fundasti, & opera manuum tuarum sunt cœli.
Ipsi peribunt, tu aũt permanes, et oẽs sicut ue-

 stimentum

stimentum ueterascent, Et sicut opertoriũ mu-
tabis eos, & mutabuntur: tu aũt idem ipse es,
& anni tui non deficient. Cum uerò ait pa-
Psal. 2. ter ad filium. Filius meus es tu, ego hodie ge-
De⁹ si- nui te: indicat apertè se esse sine tempore, neq;
ne tpe. esse apud se præteritum aut futurum. hinc Pe- 2 Pe
trus. Vnus dies apud dominum sicut mille an- tri. 3.
DEus ni, & mille anni sicut dies unus. Aeternitatem
ętern⁹ dei, inter cætera, indicat Esaias, cum appellat Esai.
Daniel. 7. dominum habitantem æternitatem. & Daniel 57.
Psal. 89. antiquum dierum. & Psalmographus. Prius-
quam montes fierent, aut formaretur terra &
orbis, à sæculo & usq; in sæculum tu es deus.
Micheæ 5 Micheas item cum diceret egressum meßiæ ab
Prou. 8. initio à diebus æternitatis. Et Salomon cum
introducit sapientiam narrantem se ab æter-
no ordinatam esse, & ex antiquis antequam
DEus terra fieret. Cum autem sic sit deus, iure opti-
mo solus uerè esse dicitur. Ac proinde de se-
sol⁹ ue ipso ait: Ego sum qui sum. Et, qui est misit me Exo.
re est. ad uos. Nomen Ehie quod in Hebreo poni- 3.
Nomen tur, differentias trium temporũ præteriti, præ-
Ehie. sentis, & futuri uerbi substantiui modi indi-
catiui, in se continet, ut quidam asserunt.
Quocirca Deus eo utitur, ut insinuaret sum-
mam & omnimodam ac sempiternã dei sta-
bilitatẽ,

bilitatem, qui semper fuit, est, & erit. Vt uerò
hoc nomen Ehie suum esse innueret, per quod
æterna, & omnimoda stabilitas significatur,
addidit ibidem. Hoc est nomen meum in æter-
num. Quòd autem Deus incompræhensibilis Deus i
Ier. sit cogitatu, docet inter cæteros Ieremias. Qui cõpre-
32. cum sit incompræhensibilis, idem sit ineffabilis hẽsibil.
oportet. Eorum enim, quæ mens concipit, ser- Deus i
Iob. mo est index, Quod & Iob confirmat cũ ait. effabil.
37. Enarrari non potest. Deum uerò omnipoten- DEus
Gẽ. 1 tem esse, mirabilia eius opera ostendunt. Mun omps.
Ps. 32 dus ex nihilo uerbo creatus. Orbis perditus
Ge. 7 diluuio, solo Nóe seruato cum filijs, & ani-
Gen. malibus. Linguæ confusæ ædificantium turrim Exo. 8. 9.
11. Babel. Res gestæ per manum Moysis in con- 10.
spectu Pharaonis. Mare rubrũ scindens sese, Exo. 14.
præbens transitum Iudæis, Pharaonem cum
exercitu obruens. terra aperta, & deglutiens Nume. 16
seditiosos murmuratores in seditione Coræ.
Percußi à serpentibus, aspectu ænei serpentis Nume. 21
saluati. Iudæorum 40. annis uagantium in de- Deu. 8.
serto, uestimenta non attrita, nec calciamenta
uetustate consumpta. Aquæ Iordanis instar Iosue 3.
montis intumescentes, & inferiores decurren-
tes, transeuntibus Iudæis. Muri Iericho solo Iosue 6.
circuitu septenario & cantu buccinarum cor-
ruentes.

Iosuæ 10. ruentes. Sol ſtans in cœlo & prolongans
diem, ut perficeretur bellum contra Gabaoni-
4.Reg. 6 tas. Exercitus Syriæ regis cœcitate percuſſus.
4.Re.19. Centum & octoginta quinq; millia hominum,
miraculosè percuſſa in caſtris Sennacherib.
Ionæ 2. Ionas ſeruatus in uentre ceti. Aqua in uinũ Ioan
Ioan. 11. cõuerſa, Lazarus quatriduanus ſuſcitatus ex 2.
Exod. 15. mortuis. & alia ſexcenta. Quamobrem Moy
Deus ue- ſes ait, omnipotens nomen eius. Veracem au-
rax & tem & miſericordem deum eſſe, inter alia ſex
miſeri- centa ſacræ ſcripturæ teſtimonia, illud in De- Deu.
cors. uteronomio teſtatur. Deus fidelis abſque ulla 32.
iniquitate, iuſtus & rectus. Et apud Thobiam. Tob.
Iuſtus es domine, & omnia iudicia tua uera 3.
ſunt, & omnes uiæ tuæ miſericordia & ueri-
In deo nul tas & iudicium. Porro in deo nihil eſſe crea-
lũ accidẽs tum, nihil adiunctum ſentiendum eſt, quòd ac- Dio-
cidens & creatura imperfectionem notat, quæ nyſi9
Accidens in deo nulla eſſe poteſt. Infinita igitur ſapien-
nõ cõpetit tia, bonitas, iuſtitia, cæteraq; id genus, quæ deo
in Deum. tribuuntur, non ſunt accidentia in deo, ſed eſt
Aug.li.15 re ipſa deus hæc omnia. Atque hactenus de
d' trin.c.5 prima parte deſcriptionis, nunc altera perſe-
& l.4.c.5 quenda, quæ tradit deũ eſſe unũ eſſentia, trinũ
Alt. ps in perſonis. Primum autem dicendum, quid pſõa
deſcri- perſona ſignificet hoc loco. In trinitate diuina trini.
pti. dei ſctiſ-
ſma qd ſficet.

Græcis

27

Græcis ſcriptoribus idem ſunt πρόσωπον, id
eſt, perſona, ἰδιότης, id eſt, proprietas, &
ὑπόστασις, id eſt, ſubſtantia. Gregorius Na- Gregori9
zianzenus τρισὶ μὲν κατὰ τὰς ἰδιότη- Naziãze
τας, εἴτουν ὑποστάσεις, εἴ τινι φίλον nus in E-
καλεῖν, εἴτε πρόσωπα, hoc eſt, tribus piphanijs.
quidem ſecundum proprietates, ſiue hypoſta-
ſes, ſi cui placet dicere, ſiue perſonas. Et Di- Dionyſius
onyſius de Deo loquens ait, ἑνάδα τρισ-
υπόστατον, id eſt, unitatem triſubſiſtentem,
τουτεσί τριπρόσωπον, hoc eſt, trium per-
ſonarum, Et Gennadius Scholarius patriar- Gẽnadius
cha Conſtantinopolitanus de perſonis trinita-
tis loquens ait, καὶ ταυτὰ τα τρία ἰδιω-
ματα ονομάζομεν τρεῖς ὑποστάσεις, id
eſt, Et has tres proprietates nominamus hy-
poſtaſes. Diſcernunt autem illi hæc uocabula
duo (ut Auguſtinus meminit) οὐσίαν et ὑ- Aug.li. 5.
πόστασιν, dicuntq; μίαν οὐσίαν .i. unam de trinit.
eſſentiam patris & filij & ſpiritus ſancti,
τρεῖς ὑποστάσεις, id eſt, tres ſubſtantias, Aug. li. 5.
ut Auguſtinus interprætatur, id eſt tres uerè de trinita.
ſubſiſtentes, non caducos, non confuſos, ſed
diſtinctos ſeu ſingulares intelligentes. Eſt
itaq; perſona hoc loco ſubſtantia indiuidua
intelligens & incommunicabilis, Neque hic

perſona

persona intelligenda ut hominum, Non enim trinitas sanctißima, ut Augustini uerbis utar, putanda est, sicut Gerion ille tricorpor fabulosus. Et quòd personæ nomine in describenda trinitate sanctißima utamur, magna inopia humani eloquij fit. Neq; secundum scripturam persona in trinitate dicitur, sed quia scriptura non contradicit. Atq; de significatione personæ hactenus. Nunc unitatem dei ostendamus sacræ scripturæ testimonio. Deuteronomi sexto, Audi Isráél dominus Deus noster, deus unus est. & trigesimo secundo. Videte quòd ego sum solus, & non sit alius deus præter me. Esaiæ quadragesimo quarto. Hæc dicit dominus rex Isráél: ego primus et ego nouißimus, et absque me non est deus. Ecclesiastici primo Vnus est altißimus creator omnium omnipotens. 1. Corint. 8. Nullus est alius deus nisi unus. Ad Ephesios quarto. Vnus dominus, una fides, unum baptisma, unus deus & pater omnium, qui est super omnia & in omnibus uobis. Ita quidem cum diuinitas opponitur creaturis, mētio fit unius essentiæ æternæ. Vbi uerò intra se describitur, personæ discernuntur. Quarum quidem personarū assertio non qua ratione probetur, sed à quo dicatur uidendum est.

Aug. li. 8. de trinita. Aug. li. 7. de trinita.

Personæ nomine utimur i diuinis, ppter inopiā eloquij sūmi neq; secūdū scripturam.

deus unus Deute. 6. Esai. 44.

Ecclesia. 1

1. Cor. 8, Ephes. 4,

qn̄ in scri pt. fit mēti o Dei unius, & qn̄ trinitatis.

Pius Pontifex referente Sa-

est. Mysterium trinitatis cognoscitur in Gene. cap. 1. faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Et cap. 3. ait deus. Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est. Et undecimo. Venite descendamus confundamus linguam eorum, Psalmo item secundo, qui secundum Hebræos primus est, ait pater ad filium, ut diuus Paulus testatur. Dominus dixit ad me. Filius meus es tu: ego hodie genui te. Et paulo pòst in Hebræo legitur nasch ku bar, id est, osculamini filium. Vbi Dauid iudices terræ monebat ad osculum filij dei, Vt à Rabbi Abraham, Auen Azra ostenditur, referente Galatino. Cuius & diuus Hieronymus meminit, qui in præfatione in pentateuchum Moysis, ait septuaginta interpretes, qui postulante Ptolomæo rege Aegypti biblia sacra in Græcam linguam uerterunt, ubicunq; sacratum aliquid scriptura testatur de patre & filio & spiritu sancto, aut aliter interpretati sunt, aut omnino tacuerunt, ut & regi satisfacerent qui unius dei cultor erat, & arcanum fidei non uulgarent. Vnde & in hoc psalmo, pro eo quod est in Hebræo nasku bar, id est, osculamini filium, uerterunt δράξασθε παιδειάς, hoc est, appræhendite disciplinam. Spiritus aūt

sancti

bellico li. 6. en: x.

Mysteriū trinitatis in testamē to ueteri.

Actuū 13.

Loc. ps. 2.

septuaginta interpretū uersio: d' qua Euseb. ca. 1. l. 8, præparatiōis euāgelicæ.

Esaiæ 11, sancti mentio est apud Esaiam, Et egredietur uirga de radice Iesse & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus domini. &c. Et Psalmo 43. Spiritus tuus bonus deducet me per uiam rectam. Harum trium personarum mysterium, patris, filij, & spiritus

loc. ps. 66 sancti, in psalmo 66. significari aiunt, cum dicitur. Benedicat nos Deus deus noster, benedicat nos deus, & metuant eum omnes fines terræ. Vbi in eo quod ter ponitur deus, trium personarum diuinarum designatur distinctio, In eo autem quod secundo tantum loco adiungitur noster, solum filium per nostræ naturæ assumptionem, nostrum fore insinuabatur. In eo uerò quòd postremò, metuant eum, & non eos dicitur, ipsarum personarum unitas, quo ad naturam, atque identitas ostenditur, ut palam demonstretur tres personas diuinas, non tres deos esse, sed unum solum Deum.

Locus ex c. 6. Deut. Cui & illud Deuteronomij 6. simile est, quod iuxta Hebraicam ueritatem sic scriptum habetur, Audi Isráél, Deus, deus noster, Deus unus est. Quo loco quidam Rabinorum trinitatem significari aiunt, ter repetito nomine Deus.

In test. nouo psonæ trinit. clariss. patefacta. In nouo testamento clarißimè patefactæ sunt tres psonæ, ut inter cætera apud Matthæũ 4. in baptismo

in baptismo Christi. pater inquit, hic est filius meus dilectus. Filius cõspicitur in aqua stans. Spiritus sanctus uero manifesta specie insidet filio. Porro mysterium trinitatis non ita explicitè in ueteri testamento, uoluerat tradi deus, sicut illud in nouo reuelandum fuit, eam ob causam (ut ferunt) ne iudaicus populus, qui maximè ad idololatriã pronus fuit, in errorem incideret eorum qui plures deos colebant. Quoniam aũt, idololatria per Meßiam penitus explodenda erat, uniuersusq; orbis ad unius dei cultum reducendus fuerat, idcirco sacramentum trinitatis apertè tradendum ad dies Meßiæ reseruatum fuit. ut ueteres Rabbini prodidere. — Mysteriũ trinitatis ĩ testamẽto ueteri quare implicite traditur

Propter harum personarum proprietatem, Deus trinitas est, & dicitur, cũ tamen sit, ut Damascenus ait, Μία οὐσία, μία φύσις, μία θειότης, hoc est, una eßentia, una natura, una deitas. — DEus cur trinus dicitur. Damascenus.

Eademq; inseparabilis: & ubi quælibet persona una, ibi trinitas deus unus. In nulloq; credendus pater eße sine filio & spiritu sancto: aut pater & spiritus sanctus sine filio. Pater enim & filius & spiritus sanctus unum sunt, ut diuus Ioãnes ait, atq; ita inseperabiles. Vnde Christus apud Ioannem dicenti Philippo, Domine ostende no- — Trinitas ĩ sepabilis. Augu. sup Ioãnẽ tract. 94. 1. Ioãn. 5. Ioan. 14.

bis patrem: ait. Philippe qui uidet me, uidet & patrem, quomodo tu dicis, ostende nobis patrem? non credis quia ego in patre, & pater in me est? Verba quæ ego loquor uobis, à me ipso non loquor. Pater autem in me manens, ipse facit opera, non credis quia ego in patre & pater in me est? Qui quidem tres ut secundum substantiam non separantur, ita eorum personæ non sunt confundendæ, quod Sabelliana hæresis fecit, quæ ita trinitatem confundit, ut eundem dicat esse patrem quem filium, eundemq; credat esse spiritum sanctum, non seruando tres in unitate personas, contra fidem catholicam, quæ in trinitate non separat substantiam, neq; confundit personas. Hinc Athanasius. Fides autem catholica hæc est, Vt unū deum in trinitate, & trinitatē in unitate ueneremur, neq; cōfundentes personas, neq; substantiā separātes. Alia enim est persona patris, alia filij, alia spiritus sancti. Personæ igitur in trinitate licet à se inuicē absq; separatione distinguantur, sibi tamē inuicē per circūincessionē, quam Græci περιχορησίν uocant, absq; confusione uniuntur. Solent dari quædam similitudines, quibus trinitas personarum in unitate deitatis adumbratur: nulla tamen potest

Personæ ī trinita. nō cōfūdēdæ

Sabelliana hæresis

Athanasi.

Personæ trinitatis quomodo uniantur.

Similitudines qbus trinitas adūbratur.

potest inueniri conueniens prorsus, cum nulli creaturæ, ut ante ostensum est, Deus sit similis. Quia tamen mens humana utcunq; id gestit cognoscere, non ineptè adhibentur. Inter quas est illa solis, qua utitur Tertullianus, et Gennadius patriarcha Constantinopolitanus cum Amurate Turcarum imperatore disputans. Quemadmodum in sole est, discus solis, radius, & lumen, non tamen tres soles sunt, sed unus: ita quodammodo in trinitate est pater, filius, & spiritus sanctus, non tamen tres dij sed unus. Et sicut in sole corpus solare non est radius, nec radius corpus solare, nec lumen ipse sol: ita in trinitate non est pater idem qui filius, aut spiritus sanctus: non enim confunduntur personæ. Et ueluti corpus solare, radiusque et lumen non separātur: ita quadam ratione in trinitate pater, filius, & spiritus sanctus. Et ut corpus solare gignit radium, & ab ambobus procedit lumen: sic quodammodo à patre gignitur filius: ab ambobus autem procedit spiritus, ut paulo post dicetur. Quod si quispiam loquaculus dicat. Cum dicis filium hoc esse, quod est pater, quia et patrem deum, & filium deum affirmas, non tamen plures deos sed unum deum: essentia profecto &

Gēnadius

Similitudo qua adūbratur trinitas.

occupatio

Augu. su. per ps. 85. filius est pater. Is sibi hoc responsum habeat, secundum substantiam hoc est filius quod pater, non secundum quod ad aliud dicitur. Ad se enim deus dicitur, ad patrẽ filius. Rursusq; Pater ad se deus dicitur, ad filiũ pater. Quod dicitur ad filiũ pater, nõ est filius. Quod dicitur filius ad patrẽ, non est pater. Quod dicitur pater ad se, et filius ad se, hoc est pater & filius idẽ deus. Hactenus de secunda parte descriptionis dei dictũ esto, tertia declarãda, quæ sunt scẓt cõmunia personis in trinitate & quæ propria.

Personis i trinit. quæ cõmunia. Personis in trinitate sanctißima cõmunis est, ut ita dicã, deitas, æternitas, maiestas, omnipotentia, honor, & cætera eiusmodi deũ attinentia.

Pater Deus. Patrem deũ esse, testatur Apostolus 1 Tessal. 1. cum in alijs plurimis locis, tum in illo, dũ ait, Conuersi estis ad deum à simulachris seruire deo uiuo & uero, & expectare filium eius de cœlis quem suscitauit à mortuis Iesum. Et Christus apud Ioannem loquitur ad patrem. Ioan. 17. Hæc est uita æterna, ut cognoscant te solũ deum uerum.

Chrũs Deus. Filium quoq; esse deum testatur Esaias dicens. Esai. 9. Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis, & uocabitur nomen eius admirabilis consiliarius, deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Et alibi. Esaiæ 7. Ecce uirgo cõcipiet

cipiet & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emmanuel, quod est interpretatũ, ait Matthæus, nobiscum Deus. Matth. 1. Et Baruch, de filio dei loquẽs, ut Chrisostomus docet, hic est deus noster, & non æstimabitur alius aduersus eum. Baruch 3. Chryso. d' trinit. Probat hoc di ctũ d' filio

1. Ioan. 5. Et Ioannes. Scimus quoniam filius dei uenit et dedit nobis sensum, ut cognoscamus deum uerum, & simus in uero filio eius Iesu Christo, hic est uerus deus & uita æterna. Et in Euangelio: Ioan. 1. In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum.

Spũs S. Deus. Spiritum autem sanctum deum esse diuus Paulus testatur cum dixit. 1. Cori. 6. An nescitis quòd corpus uestrum, templum est habitantis in uobis spiritus sancti quem habetis à Deo, & non estis ipsi uestri iuris. Nam empti estis precio, glorificate & portate deum in corpore uestro. Vbi, ut Augustinus ait, dilucidè ostendit, deum esse spiritum sanctum, glorificandum scẓt in corpore nostro tanq̃ in templo suo. Aug. li. 3. cõ. Maximinum. Huc pertinet illud quod Ananiæ dixit Apostolus Petrus. Actuum 5 Ausus es mentiri spiritui sancto. Atque ostendens deum esse spiritum sanctum: non es, inquit, hominibus mentitus, sed deo. Idẽ Chry. sentit in ß mõe d' tri. In concilio primo Constantinopolitano (quod unum est ex quatuor, quæ diuus Gregorius ait se recipere, ac uenerari Concilium primũ Cõstãtinopolitanum.

uari sicut quatuor libros euangelij) damnatus est Macedonius qui negabat spiritum sanctum esse deum. Coæternum autem esse patri filium, locuples testis est ipse dominus apud Esaiam, cum dicit. Ante me non est formatus deus, & post me non erit. Itaq;, ut Chrisostomus ratiotinatur. Si posteriorem patre dicis filiū, quomodo dicit pater, ꝙ post me non erit alius deus? Sin exponis hoc de filio, quomodo dicit: ante me non fuit alius deus? quapropter ex his colligere est, filium coæternum esse patri. Id quod & Micheas aperte ostendit de filio dei loquens. Ex te mihi egredietur qui sit dominator in Isráél, & egressus eius ab initio à diebus æternitatis. Et Paulus cum filium dei appellat splendorem gloriæ dei patris, & figuram substantiæ eius: euidenter ostendit coæternum patri filium, quod luci splendor coæternus est. Quod uerò spiritus sanctus sit coæternus patri & filio, inter cætera, eadem ratione confirmari potest qua Chrysostomus probat ex Esaia filium patri coæternum esse. Et certè cum unius essentiæ sit cum patre & filio, coæternus sit illis oportet. Maiestatem autem, omnipotentiā, honorem, illis ex æquo communes esse, inter alia permulta, testimonium illud

Macedonij hære. Filius coæter. patri Chriso. de trinitate. Esai. 41. Micheæ 5 Hebræ. 1. Victor epi sco. d' fide cabolica. Teophil. sup Ioānē Spūs S. coæternꝰ patri et filio. Maiestas, omnipotētia, honor commūia personis.

seruatoris

seruatoris abundè declarat. Baptizantes, inquit, eos in nomine patris, & filij & spiritus sancti. Hic enim tres personas recenset, quibus tribuit parem potentiam, uirtutem, & honorem, remißionis peccatorum & generationis nostræ per baptismum. Quem locum tractans Chrysostomus ait. Obsignati sumus, sed unum signaculum est sanctæ trinitatis, unum baptisma. Quomodo igitur audes à paterna substātia alienare filium, uel spiritū sanctum? Neq; enim, si alieni sunt, cum patre & spiritu sancto debebant connumerari, quanam ratione iuxta tuum sermonem aduersarie dei in baptismo debuerunt connumerari? Si creatus est filius, uel spiritus sanctus, quare cum patre simul coassumuntur? Enimuero si nomen patris solum eum qui baptisatur potest saluare, quare coassumuntur & creaturæ, quasi pater non poßit solus saluare? Absit. Igitur si patris infirmitatem negas, & consubstantialia non admittis, cogeris nobiscum fateri trinitatem increatam & consubstantialem & omnipotentem, ita Chrysostomus. Hæc communia personis in trinitate, pulcherrimè complexus est Athanasius. Sed patris (inquit) & filij & spiritus sancti una est diuinitas, æqualis gloria,

Math. ultimo. Chriso. de trinitate. uidetur si quacue positū: et spū sācto, hoc loco. & si in Frobeniana pressura extat Athanasius in symbolo.

 coæter

coæterna maiestas. Qualis pater, talis filius, talis spiritus sanctus. Increatus pater, increatus filius, increatus spiritus sanctus. Immensus pater, immensus filius, immensus spiritus sanctus. Aeternus pater, æternus filius, æternus spiritus sanctus. Et tamen non tres æterni, sed unus æternus. Sicut non tres increati, nec tres immensi, sed unus increatus & unus immẽsus. Similiter omnipotens pater, omnipotens filius, omnipotens spiritus sanctus. Et tamen non tres omnipotentes, sed unus omnipotens. Ita deus pater, deus filius, deus spiritus sanctus. Et tamẽ non tres dij, sed unus est deus: Ita dominus pater, dominus filius, dominus spiritus sanctus. Et tamen non tres domini, sed unus est dominus. Quia sicut sigillatim unamquamque personam deum, ac dominum confiteri Christiana ueritate compellimur, ita tres deos aut dominos dicere catholica religione prohibemur. Et paulo post. Et in hac trinitate nihil prius aut posterius, nihil maius aut minus, sed totæ tres personæ coæternæ sibi sunt & coæquales. Hæc ille.

occupatio

Porro prædictis contraria non sunt illa quæ dicuntur à filio. Pater maior me est. Pater si possibile est transeat à me calix iste. Hæc enim

Ioan. 14.
Math. 26.

& hijs

& hijs similia, secundum formam serui quam assumpsit, intelligenda, & dicta sunt. Nam secundum diuinitatem idem Christus alibi dicit. Ego & pater unum sumus.

Aug. quæstio. 4 ad Orosium.
Philip. 2.
Ioannis. 10.

Superest ut de his quæ propria sunt personis trinitatis dicamus.

Propriũ Patri.

Proprium est patri, q̃ à nullo factus sit, nec creatus, nec genitus. Est enim, quemadmodum de seipso apud prophetam loquitur: primus et nouißimus. Et ante quem, dicente eodem, non est formatus deus.

Esai. 41.
Esaiæ 43.

proprium filio.

Filio autem proprium est à patre esse non factum, nec creatum, sed genitum, non uoluntate aut neceßitate, ut Augustinus ait, sed natura.

Aug. ßm. 125. e[t] quæsti. 7 ad Orosium.

Profitetur autem fides catholica, patrem de seipso, hoc est, de eo quod ipse est, sempiterne atq; ineffabiliter filium genuisse, non extrinsecus, non ex nihilo, non ex alia genuisse materia. Sed ut symbolum docet: deum de deo, lumen de lumine.

Symbolũ Nice[ni] synodi in q̃ cõclusũ ẽ filiũ de esse patri hõusi[on], id ẽ, cõsubst[an]tialẽ, seu eiusd[em] substãtiæ, ex ipsa deitate patri[s] progenitum.

De hac generatione illud est dictum. Ex utero ante luciferum genui te. Et illud Ioannis. In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & deus erat uerbum, hoc erat in principio apud deum. Quo indicat, quod est sensus aut tacita cogitatio mentis homini, hoc filius deo patri. Est enim æternæ mentis æterna cogitatio. Mens autem gignit cogitatiõem, & cogitatio

Psal. 109.
Ioannis. 1.

Similitudo qu[a] natiuitas filij ex patre adumbr[a]tur.

 iam

iam in animo concepta, uerbum quoddam est mentis, quo homo sibi loquitur, quod quidem uerbum mentale dicitur. Est enim aliud enunciatiuum. Hæc similitudo utcunq; nobis adumbrat natiuitatem illam qua sic filius nascitur à patre, ut de substantia patris nihil decedat, sic pater filium producit, ut tamen filio non sit
Hebr. 1. prior. Cæterum condito per filium mundo, pater nobis uelut elocutus est uerbum, et quodãmodo rursus idẽ genuit, nobis illud reddens aliquo modo uisibile, quod erat inuisibile. Conspicitur enim in rebus conditis admirabilis dei sapientia, quæ est dei filius, & dei uerbum. Sed quoniam nulla talis creatura esse potest, qualis creator eius: ideo sicut sine exẽplo est diuina substantia, ita & sine exemplo est diuina generatio. Mens enim non generat substantiuum uerbum siue conceptum siue prolatum. at filius dei substantialiter generatur, ꝙ pater in eum omnem essentiam suam trans-
Ioan. 10. fundit, sicut ipse de se ait. Ego & pater unum sumus. Vnde & diuus Ioannes, ne existimetur filius dei esse uerbum, quod in áërem diffundi-
Ioan. 1. tur & dissoluitur, ait: Omnia per ipsum, uerbum scz, facta sunt, & sine ipso factum est
CHri nihil quod factum est. Hic filius dei tempore præfinito

præfinito à deo, cõceptus de spiritu sancto, natus est ex Maria uirgine. Quam generationẽ expreßit Euangelista Ioannes dicens. Et uerbum caro factum est. Quod cum audis, ne opineris ꝙ à sua natura diuina destiterit illud uerbum & in carnem uersum. Neq; enim deus fuisset, si uersum & alteratum esset, sed manens quod erat, factum est quod non erat. Et ne quis suspicetur quod una natura facta sit Christus, cum dixit. Et uerbum factum est caro. Ideo subdidit: & habitauit in nobis, ut ostendat non confusas duas naturas in Christo, nostram scz & uerbi. Nam sicut alterius naturæ est tabernaculum, & alterius is qui inhabitat in eo, ita & uerbum in nobis habitare dicitur, hoc est, in natura nostra, & alterius est naturæ ꝙ̃ sit nostra. Cauenda autem hoc loco est hæresis Apollinarij Laodiceni, qui affirmabat Christum non suscepisse perfectum hominis naturam, uczt corpus cũ anima rationali, sed carnem solam, animæ rationalis expertem. quid enim opus, inquit, habebat anima, cui erat deitas, quæ corpus gubernabat, perinde atq; anima nostra dirigit? Idq; confirmabat eo sacræ scripturæ loco, in quo dicitur. Verbum caro factum est. Expers moris sacræ scrip-

natiuitas, ex uirgine Ioan. 1.

Theophi. sup Ioãnẽ. Idẽ Chris. homilia x sup Ioãnẽ

Apollinarij hæresis

Mos scripturæ sacræ.

cræ scripturæ turpißimè lapsus, quæ plerumq; à parte totum nominat. Vt commemoratura

Gene. 14. hominem, animam dicit. ut in illo. Da mihi animas, cætera tibi tolle. Et à parte totum.

Lucæ 3. Vt: uidebit omnis caro salutare Dei. Sic & euangelista dixit. Et uerbum caro factum est, id est, homo, à parte totum intelligens. Vnde in Symbolo canitur de Christo. Et homo factus est. Et Athanasius ait, Christum esse perfectum Deum, perfectum hominem, ex anima rationali & humana carne subsistentem. Qui quidem Christus, ait idem, licet Deus sit & homo, non duo tamen, sed unus est Christus. Vnus autem non conuersione diuinitatis in carnem, sed assumptiōe humanitatis in Deum. Vnus omnino non confusione substantiæ, sed unitate personæ. Nam sicut anima rationalis & caro unus est homo: ita Deus & homo u-

Psellus. nus est Christus. Et Psellus, referente Galatino, Græce quidem, sed in eam sententiam. Sancta catholica et Apostolica ecclesia in domino nostro Iesu Christo unam hypostasim tradit, & duas naturas, hypostasim, incarnatum filium: naturas diuinitatem & humanitatem. Corpus igitur animatum & intellectuale quod assumpsit, non uocat hypostasim, ne inuenian-

tur duæ hypostases, quod mentitus est Nestorius hæreticus. Sed nominat enypostaton, tanq̃ in filij Hypostasi esse accipiens. Ipse enim filius Dei, una existens sanctæ trinitatis hypostasis, factus est & corpori quod assumpsit, hypostasis. Quare corpus domini enypostaton quidem est, non autem hypostasis. hæc ille. Et quemadmodum tres sunt in diuinitate personæ, quæ à se inuicem absq; separatione distinguuntur, sibi tamen per περί-χώρησιν, id est, circuminceßionem absque confusione uniuntur. Ita in uno Christo tria confitemur, diuinitatem, animam rationalem, & corpus humanum, quæ ita inconfusè uniuntur, ut inseparabiliter distinguantur. Et sicut tres diuinæ hypostases sunt unus Deus, ita tria hæc diuinitas, anima, corpus, constituunt unum Meßiam, hoc est, Christum. Cuius matrem θεοτόκον id est, Deiparam, quinta Synodus Constantinopolitana uocandam constituit, q. Deum in carne genuerit. Sed de proprio filij dixisse sat sit, deinceps de proprio spiritus sancti dicendum est. Qui quidem hoc proprium habet, ut à patre et filio, non sit factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens. A patre quidem quòd procedat, Christus in euangelio

Nestorij hæresis.

Corpus christi Enypostaton.

Similitudo īdicās quomō in christo sint, corpus, rationalis anima, et diuinitas.

In q̃nta synodo Cōstātinopolitana cōstitutū matrē dei appellādam θεοτόκον

Spūs s. ꝓpriū.

euangelio docet, de spiritu sancto loquens.
Ioan. 15. Qui, inquit, à patre procedit, ille testimo-
Matth. 10 nium perhibebit de me. Et iterum: Non uos
estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri
qui loquitur in uobis. A filio uero ipsum pro-
Ioan. 20. cedere testatur Euangelium Ioannis comme-
morans Christum cum à mortuis resurrexerat
in apostolos insufflasse dicendo. Accipite spi-
ritum sanctum, quorumcunq; remiseritis pec-
cata, remittuntur eis, & quorum retinueritis
Roma. 8. retenta sunt. Et apostolus qui spiritum Christi
nō habet, hic non est eius. Processionē spiritus
Error græ- sancti à filio Græci aliquando negarant, quā
corū de p- postea in concilio Florentino confessi sunt, in
cess. S. spi- quo conclusum est ex patre & filio æternali-
ritus, quē ter tanquam ab uno principio, & unica spira-
postea cō- tione procedere spiritum sanctum, quod & in
fessi sunt. concilio Lugdunensi ante approbatum fuit, et
Processio pronunciatum, eam quoq; doctorum Græcorū
spiritus fuisse sententiam. Cæterum ubi dicitur spiritus
quomodo procedere à patre et filio non intelligenda est
intelligēn. per processionem egressio quali emittuntur
Teophil. ministratorij spiritus, sed naturalis subsistentia
in 15. cap. spiritus est processio, ait Theophilactus. Pe-
Ioannis. culiari autem appellatione in scripturis san-
Spūs s. pe- ctis tertia in diuinis persona spiritus sanctus
nuncupatur:

nuncupatur: Nam quatenus spiritus significat culiariter sic appella-
id quod est incorporeum. omnibus personis tur.
iuxta diuinam naturam ea significatio com-
munis est, ut ante ostensum est. Sed de pro-
prijs personarum in diuinitate hactenus.
Quæ Athanasius paucis perstrinxit. Pater à Athanasi.
nullo est factus, nec creatus, nec genitus. Fili-
us à patre solo est non factus, nec creatus, sed
genitus. Spiritus sanctus à patre & filio, non
factus, nec creatus, nec genitus sed procedens.
Nunc ultima pars descriptionis Dei persequē- Vltia
Aug. da, facta sczt personis peculiaria. Sicut inse- ps des
l. 1. d' parabiles sunt personæ diuinitatis: ita insepa- script.
Trini. rabiliter operantur, non quòd inualidus sit u- Dei.
nusquisq; eorum sine alijs implere, sed non po
test operatio esse diuisa, ubi non solum æqua-
lis est, uerumetiam indiscreta natura, ita ut
cum tres sint, ac eorum singulus quisq; Deus
sit, tres tamē Dij nō sunt. Vnde Christus apud
Ioannem. Amen dico uobis, non potest filius Ioan. 5.
à se facere quicq̄, nisi quid uiderit patrem
facientem. Quæcunq; enim ille fecerit, hæc
& filius similiter facit. Hoc quidem iuuandæ
infirmitatis nostræ gratia, hac similitudine Similtudo
utcūq; ostendi potest. In igne tria conspicimus Augus. de
lumen ignis, splendorem, & calorem, & quū symbolo
tria sint Catec. l. 3.

tria sint, unū lumen est: simul exurgunt, simulq; consistunt: nec ignis præcedit splendorem, nec splendor calorem: & hæc non confusè unum sunt, simul & inseparabiliter operantur: aliud igni tribuitur, aliud splendori, aliud calori. Nam cum ad ignem refers uisionem, ibi operatur & splendor & calor: & quum ad splendorem refers illuminationem, simul operatur & ignis & calor: & cum ad calorem refers calefactionem, simul operatur ignis, & calor & splendor. Ita cum dicitur, quòd deus fecerit mundum, intelligimus patrem ex quo omnia, per filium, per quem omnia, in spiritu sancto, in quo omnia, mundum condidisse. De qua re Gregorius Nazianzenus, Græcorum theologorum princeps, ob idq; theologus per excellentiam appellatus, ait, Vnus est Deus pater, ex quo omnia, et filius per quē omnia, & spiritus sanctus, in quo omnia, hæ enim præpositiones à quo, per quem, et in quo, non naturam quidem diuidunt, sed unius atq; inconfusæ naturæ proprietates exprimunt. Hæc ille, Græce quidem aptius & significantius, sed in eam sententiam. Et quum dicimus filium pro nobis incarnatum & passum, intelligimus incarnationem & passionem filij operatum fuisse

Gregorius Nazianzenus.

tum fuisse & patrem & filium & spiritum sanctum. Et quum tribuitur spiritui sancto sanctificatio, uiuificatio, & peccatorum remißio, intelligimus totam trinitatem hoc donum inseparabiliter operari. Quamuis autem trinitas sanctißima inseparabiliter operatur, fides tamen catholica est, non trinitatem natam de uirgine Maria, & sub Pontio Pilato crucifixam & sepultam tertio die resurrexisse, & in cœlum ascendisse, sed tantummodo filium. Nec eandem trinitatem descendiße in specie columbæ super Iesum baptisatum, aut die pentecostes, in apostolos, sed tantummodo spiritum sanctum. Nec eandem trinitatem dixisse de cœlo: hic est filius meus: siue cum baptisatus est à Ioanne: siue in monte quando transfiguraratsese. Aut quando sonuit uox dicens, & clarificaui & clarificabo, sed tantummodo patris uocem fuisse factam ad filiū. Hæc de Deo uno in essentia & trino in personis pro ratione compendij dixisse sufficiat. De quo cum illum nunc animo uidemus per speculum & in ænigmate, ut Paulus ait, nihil temerè affirmandum tanq̄ perfectè scias, sed tanq̄ credas. Sed ad explanandum contextum reuertamur.

Aug. li. 1. de trinita.
Matth. 3.
Matth. 3.
Matth. 17
Ioan. 12.
1. Cor. 13.
Augustin.

In semetipso beatissimè mãsit.

Lib. 1. cõ aduersari um legis. Chrys. l. 1. d' puidentia Dei. De ea re ita Augustinus. Deus nec sine cœlo sedis indiguit, nec facto cœlo sedem tanq̃ finitis erroribus peregrinus inuenit. Potẽs est enim manere in semetipso. Nec indiget operibus suis tanq̃ in eis collocetur, ut maneat, sed in sua æternitate persistit: in qua manens, omnia quæcunq; uoluit in cœlo et in terra fecit. Hæc ille, Vnde in sacris literis Hebraicè Sadai nuncupatur, hoc est, qui sufficit, uel qui sufficiens est. Qui per cuncta diffusus est, quẽadmodũ ait per prophetam. Cœlum & terrã ego implebo. De quo et psalmographus. Quo ibo à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam, si ascendero in cœlum, tu ibi es, si descendero in infernum ades. Quia substantialiter Deus (ait Augustinus) Vbiq; diffusus. Sed sic Deus per cuncta diffusus, ut non sit qualitas mundi, sed substantia creatrix mundi, sine labore regens, & sine onere continens mundum. Non tamen per spatia locorum, quasi mole diffusa, ut in dimidio mundi corpore sit dimidius, & in alio dimidio dimidius, atq; ita per totũ totus, sed in cœlo solo totus, & in sola terra totus, & nullo contentus loco, sed in seipso ubiq;

Et in psal. 113. — Deus Hebræis Sadai dicitur — Deo ubiq; est. Hieremiæ 23. — psal. 138. — Augus. ad Dardanũ

totus. Quomodo autem ubique, ait Augustinus, si in seipso? Vbique scilicet, quia nusquam est absens, in seipso autem, quia non continetur ab eis quibus est præsens, tanquam sine eis esse non posset. Estq; Deus docente eodem ubiq; per diuinitatis præsentiam, sed non ubique per habitationis gratiam, Vnde Iudæis Deus dicitur, makom, id est locus, quòd in omni loco sit præsens. Ridicula est quorundam Mahometistarum opinio, deum ante conditum mundum in nube mansisse.

occupatio Ad Dardanum. — Deo ubiq; p diuĩtatis prñtiã, sed nõ ubiq; p habitationis gratiã. — Deo Iudæis dicitur makom.

CREATIO.

Verbo ex nihilo. &c.

Quomodo & in quem finem Deus mundum creauit, docetur. Quemadmodum autem in alijs permultis inscitiæ & uanitatis notantur homines: ita et in his quæ ad creationem mundi pertinent. Alij enim æternum dicunt, Vt Aristoteles, Alij materiam ex qua factus est mundus, Deo, coæternam asserunt, ut Seleciani uel Hermiani, Alij ab angelis non à Deo factum, ut Menandriani et Saturniani. Alij à trecentesimo sexagesimo quinto cœlo (nam plures cœlos ponebant)

Errores de mũdi origine. — Selecíani. Menãdriani.

Basilidiani. ut Basilidiani. Alij, ut Manichei, finxerunt de=
os pariter æternos bonum & malum, & bo=
Manichei nas naturas dixerũt à bono conditas esse, ma=
teriam uitiosam à malo. Christiani uero diui=
nitus edocti credunt mundum & omnia quæ
in eo sunt uisibilia & inuisibilia à Deo creata
esse, idq; ex nihilo per coæternum uerbum su=
Psal. 37. um, docente psalmographo. Verbo domini
cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis
uirtus eorum. Item, Ipse dixit & facta sunt,
Col. 1. mandauit & creata sunt. Quod & Paulus
expreßit de filio Dei loquens. Qui est ima=
go Dei inuisibilis, primogenitus omnis creatu=
ræ, quoniam per illum creata sunt omnia, quæ
in cœlis sunt., & quæ in terra uisibilia & in=
uisibilia siue throni, siue dominationes, siue
principatus, siue potestates. Creationem mũ=
Dies q[uibus] creauit omnia. di & contentorum in eo, Moyses in principio
libri geneseos describit, in quo q[uod] sex dies di=
stinctè narrãtur quibus Deus creasset omnia,
propter infirmitatem legentium (ut ferunt q[ui]=
dam) factum est, Qui nisi cum eis sermo tar=
Aug. l. 4. de Genesi ad literã. dius incedat, ad id quò eos ducit peruenire
non possunt. Non igitur hanc dierum uicißi=
tudinem per spatium temporis intelligendam
Li. 1. d' mirabilib. sacræ scripturæ. aiunt, sed in his operum diuersitatem decla=

rari, simul

rari, simul enim Deus cuncta creauit, dum una
uoluntate multiplicem omnium specierum ua=
Eccle si. 18. rietatem fieri disposuit. Quod cum illo con=
gruere uidetur, Qui uiuit in æternum, creauit
omnia simul. Sed nos principium geneseos,
compendium scribẽtes, missum faciemus, quod
tantis obscuritatibus est inuolutum, ut apud
Hebræos cum exordio & fine Ezechielis, an=
Hier. ad Paulinum. te annos triginta non legatur, quemadmodum
diuus Hieronymus refert. Illud autem firmiter
credendum est, deum à gubernatione omnis
creaturæ minime cessare. Sunt enim, inquit Au
Li. 5. c. 20. d' Gene. ad literã gustinus, qui arbitrantur tantummodo ipsum
mundum factum à deo, cætera iam fieri ab i=
pso mundo, sicut ille ordinauit, & iußit: deum
autem ipsum nihil operari. Contra quos pro=
fertur illa sententia domini. Pater meus usq;
nunc operatur. Et ne quisquam putaret apud
se illum operari, non in hoc mundo: pater in
me manens, inquit, facit opera sua, & sicut
pater suscitat mortuos, & uiuificat, sic et filius
quos uult uiuificat. Deinde quia non solum
magna atq; præcipua, uerumetiam ista terre=
na, & extrema ipse operatur, ita dicit Apo=
stolus. Stulte tu quod seminas, non uiuificatur
nisi prius moriatur. Et quid seminas? nõ cor=

Creatura ois simul (aiũt) per substãtiam extitit, sed nõ simul p[er] speciẽ p[ro]cesit.

Exordiũ Geneseos

Mũd[us] puidẽ[tia] dei regitur.

Ioan. 5.

1. Cor. 15.

 pus quod

quod futurum est seminas, sed nudum granũ fere tritici, aut alicuius cæterorum, Deus autẽ dat illi corpus, quomodo uoluerit, & unicuiq; seminum proprium corpus. Nec omnino audiendi sunt, qui putauerunt sublimes quidem mundi partes, id est, à confinio corpulentioris aëris huius & supra, diuina prouidentia gubernari, hanc autem imam partem terrenam et humidam, aërisque huius uicinioris qui terrarum & aquarum exhalationibus humescit, in quo uenti nubesq; consurgunt, casibus potius et fortuitis motibus agitari. Contrariũ huic loquitur Psalmus, qui cum explicasset laudem cœlestium, se etiam ad ista inferiora conuertit dicens. Laudate dominum de terra, dracones, & omnes abyßi, ignis, grando, nix, glacies, spiritus tempestatis quæ faciunt uerbum eius. Nihil enim tam uidetur casibus uolui q̃ omnes istæ procellosæ ac turbulentæ qualitates. Sed cum addidit. Quæ faciunt uerbum eius, satis ostendit earum quoq; rerum ordinem, diuino subditum imperio, latere nos potius, quàm uniuersitatis deesse naturæ. Quod autem ore suo saluator dicit, unum passerem non cadere in terram, sine dei uoluntate: & quod fœnum agri post paululum mittendũ in clibanum, ipse tamen

Error quorũdã cõ̃ puidentiã dei in his inferiorib.

Psal. 148.

Matth. 10

Matth. 6.

tamen uestiat. Nonne confirmat non solum totam istam mundi partem, rebus mortalibus et corruptibilibus deputatam, uerumetiam uilissimas eius abiectißimasq; particulas, diuina prouidentia regi. Deus igitur credendus est usq; nunc operari, gubernans naturam, adeô, ut si cõditis ab eo rebus operatio eius subtrahatur, intereant. Id quod testatur Dauid. Omnia à te expectant, ut des illis escam in tempore, dante te illis colligent, aperiente te manum tuã omnia implebuntur bonis, auertente autem te faciem tuam conturbabuntur, auferes spiritum eorum, & deficient, & in puluerem suum reuertentur. Et alibi. Qui operit cœlum nubibus, & parat terræ pluuiam. Qui producit in montibus fœnum & herbam seruituti hominũ, Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorum inuocantibus eum. Quæ omnia euidenter ostendunt, nihil nasci, aut uiuere, aut ali casu & uiribus tantum nostris, sed deo dãte, uiuificante, & cõseruante. Qui non est alligatus secundis causis, quin potius eas regit pro arbitrio suo.

Psal. 103.

Psal. 146

Vniuersa ꝑpter semetipsũ. &c

Quemadmodum mundus propter homi-

finis rerũ conditarũ

nem, ita homo propter Deum, (quamuis ille nullo eget) conditus est. Finis igitur omnium rerum conditarum est, ut agnoscatur & glorificetur Deus. Quod cum in alijs, tum in illo non tacuit Dauid cum dixit. Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum. Quibus uerbis significat unumquenq; ex cœlestium rerum contemplatione, facile peruenire ad noticiam Dei. Ideo & Paulus ad Romanos docet, diuinitatem in natura conspici, cum diceret, Inuisibilia dei ex creatione mundi, dum per opera intelligũtur, peruidentur, ipsaq; æterna eius potentia ac diuinitas. Cui simile est illud Sapientiæ 13. à magnitudine speciei & creaturæ, cognoscibiliter poterit creator horum uideri. Proinde non defuere apud gentiles qui gradibus rerum inferiorum ad cognitiõem Dei unius, hæc omnia gubernantis peruenirent. Cernẽtes enim magnitudinem, pulchritudinem, ordinem, motũ, dispositionem, utilitatem, constantiam in mundo. crediderunt esse unum, cuius ui & consilio hæc instructa sint, & regantur. In quibus tamen nihil esset tã egregium quin infinitis partibus sit infra primam causam, de qua re latius ante dictum est. Vt igitur homo ex operibus dei,

Psal. 18.

In cognitionem dei, duoducũt, scriptura eius, & creatura Aug. li. 2. d' trinita.

Rom 1.

gẽtiles res uisibiles cõtuentes ad cognitiõẽ Dei unius puenerũt.

ubi agebatur de cognitiõe dei

Hõ cur ratiõa ꝑ creat9.

bus dei, ad cognitiõem dei assurgeret, atq; ita in amorem illius raperetur, deus creauit hominem ingenio sagaci & causas rerum prouidente. De qua re sapiens Hebræus ita scriptũ reliquit, loquens de hominibus à Deo creatis. Consilium & linguam, & oculos, & aures, & cor dedit illis excogitandi, & disciplina intellectus repleuit illos, creauit illis scientiam spiritus, sensu impleuit cor illorum & mala et bona ostendit illis, posuit oculum suum super corda illorum: ostendere illis magnalia operum suorum, Vt nomen sanctificationis collaudent, & gloriari in mirabilibus illius, Vt magnalia enarrent operum eius, hæc ille. Neq; solum ea de causa creatus est homo, Sed et hominis conditor factus est homo. Paulo testante, Dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem sectatorem bonorum operum. Ad cognitionem Dei pertinent, & res gestæ per manum Moysis aliaq; miranda facta eius generis, ut scriptura testatur. Mittã, ait dominus, manum meam super Aegyptum, & educam exercitum & populum meum filios Isráél de terra Aegypti per indicia maxima. Et scient Aegyptij, quia ego sum dominus

Eccle. 17.

Ad Tit. 2.

res gestæ p manũ Moysis.

Exo. 7.

nus, qui extenderim manũ meam super Aegyptũ, & eduxerim filios Israël de medio eorũ.

Non quod iis indigeret. &c.

Aug. li. 8. d' gen. c. xi Chris. li. 1. d' Puidentia Dei.

Psal. 17. Actuũ 17.

Deum nullo indigere testatur scriptura. Dixi domino, deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges. Et Paulus, Deus qui fecit mundum, & omnia quæ in eo sunt. Hic cœli et terræ cum sit dominus, non in manu factis templis habitat, nec manibus colitur humanis, indigens aliquo cum ipse det omnibus uitam & inspirationem, & omnia.

Mũdũ creauit deꝰ ꝓpter bonitatẽ.

In bonitate. &c.

Imitatio Pauli ad Ephesios secundo. Deus, inquit Paulus, qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos, & cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Christo, Cuius gratia saluati estis, & conresuscitauit, & consedere fecit in cœlestibus in Christo Iesu, ut ostenderet in sæculis superuenientibus abundanteis diuitias gratiæ suæ in bonitate super nos in Christo Iesu. Hæc ille, Et sicut propter ostendendas diuitias gratiæ suæ in bonitate filium tradidit pro nobis, ita & mundum in eum finem creasse credendus est. De qua re Augustinus, In eo uero quod dicitur

Aug. l. 11. ca. 24. de Ciuit. dei.

dicitur: Vidit Deus quia bonum est: satis significatur Deum nulla necessitate, nulla sua cuiusq; utilitatis indigentia, sed sola bonitate fecisse, quod factum est, id est, quia bonum est. Quod ideo posteaq; factum est, dicitur, ut res quæ facta est congruere bonitati, propter quã facta est indicetur.

Gene. 1.

Ad imaginẽ et similitudinẽ. etc

Aug. d' essentia diuinitatis, & de Genesi ad lite. l. 3 Chryso. in Genesim.

Leui. 19.

Imaginem Dei, Augustinus ait pertinere ad naturam animæ, non q; eius substantiæ sit cuius Deus, sed quòd rationalis, quòd intellectualis facta est à Deo: similitudinem uero ad opus iustitiæ, iuxta illud. Sancti estote, quia ego sanctus sum. Non desunt q hoc quod dictũ est, hominem creatum ad imaginem Dei referant ad dominatum traditum homini à deo: Verum diuus Paulus hanc controuersiam dirimit, cum ait. Renouamini in spiritu mentis uestræ, & induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia. Et item, Induistis nouum hominẽ, qui renouatur ad agnitionem, & imaginẽ eius, qui creauit illum.

Ephe. 4.

Colos. 3.

PECCATVM.

Primum autem hominem. &c.

Qua cõ

QVa conditione Deus primum hominẽ creärat, et quomodo ea exciderit, docetur. Conditionem hanc Augustinus sic expreßit. Non eo modo quo angelos condiderat Deus, ita condidit & homines, ut etiam si peccaßent, mori omnino non possent: sed ita, ut perfunctos obedientiæ munere, sine interuentu mortis angelica immortalitas, & beata æternitas sequeretur, inobediẽtes autem mors plecteret damnatione iustißima. Hæc ille. Qui alibi ait. Deum nullam mortem fecisse hominum lege naturæ, sed merito inflictam esse peccati, quoniam peccatum uindicans Deus dixit homini, in quo tunc omnes erramus (uirtute seminali sczt) terra es, & in terram ibis.

li. 13. ca. 1. d' ciuit. dei. Quæst. 19 ad Orosiũ. Sapien. 1. Ca. 15 l. 13 d' ciuit. dei

Sunt qui affirment, corpus hominis fuisse etiam in illo statu rerum subditum morbis, & perpessurum eos, nec moriturum tamen, quia prius ad cœlos eueheretur, q̃ caderet, sed si relinqueretur diutius in terra, haud dubie tabe cõfectum iri, nec lignum uitæ uirtutem habere perpetuandi uitam, sed tantum proferendi.

Scotus.

In Paradiso. &c. Aurelius Augustinus tres generales sententias esse de paradiso ait, Vnam eorum qui tantummodo corporaliter

Aug. l. 8 d' Ge. ad lit. tres generales sentẽ

tiæ de paradiso.

poraliter paradisum intelligi uolunt. Aliam eorum qui spiritualiter tantum, Tertiam eorũ qui utroq; modo paradisum accipiunt aliâs corporaliter, aliâs spiritualiter. Hãc postremã Augustinus sibi placere dicit. Quod si, ait alibi, arbores fructiferæ in paradiso, uirtutes animi accipiendæ essent, sicut nonnulli existimant, nullo corporali paradiso in terra ueris lignorum generibus instituto: non compararet scriptura terram Sodomorũ, & Gomoreorum, priusq̃ deleretur, paradiso dei. Paradisum autem terrestrem quidã asserunt fuisse non angustum hortum præcelsis munitum mœnibus, Vt pictorum tradit licentia, uerum terræ habitabilis amplam & iustam partem, cui à principio Deus benedixisset, & inhabitationem selectam Adamo de terra formato reliquisset. Idq; inde colligunt q̧ ex fide scripturæ possesio terræ, repletio, et subiectio diuino uerbo Adæ & suis esset promissa cũ benedictione, Vt genesis capite primo legitur. Ex quo non dubium uidebatur, paradisum à principio plantatum, eximium quendam locũ habitabilis terræ, non angustum, nec difficili secessu secretum, nec adeò eleuatum in áerem: sed loco quopiam, quo hodie frequens etiam mortaliũ

Quæst. 27 ad Orosiũ. Gene. 15. Parad. q̃lis s. Aug. li. 8. d' Gen. ad literam. Gene. 1.

mortalium habitatio existeret, intra quatuor amnium quos nominat Moyses, late patentē. Ex quibus quidem fluminibus Tigris, & Euphrates uetustum nomen retinēt, duo uero amiserunt. Geon quippe, ut Augustinus refert, nunc Nilus dicitur. Physon autem Ganges. Quorum Tigris & Euphrates sunt in Syria, Nilus in Aegypto, Ganges in India. Cæterum paradisum hunc terrestrem nō esse qualis fuerat, sed decorem amisisse ferunt, cum Adam præceptum non retinuisset. Quod Ezechielē innuisse aiunt, cum cedrum Libani arboribus paradisi comparans, omnium ita meminit, ut fuisse magis, q̄ esse intelligi queant. Cedri, inquit propheta, non fuerunt altiores illo in paradiso dei. &c. Et quod scribitur, Adam & Euam e uestigio post fructum uetitæ arboris degustatum, pudore cepisse tremereq; & fugere: hinc eo ipso momento, paradisi illos delicias in loco amœnissimo alioqui, & cœlesti adhuc fecunditate uernāte perdidisse, non possit non asseri, statu nimirum innocētiæ amisso. Quod uero paradisi mentio est, in noua lege, ut apud Lucam dicit dominus latroni. hodie mecum eris in paradiso. Hic non terrestrem paradisum intelligūt grauissimi scriptores, sed summā

Flumina padisi. li. 8. de Genesi.

Paradisus terrestris post peccatū Adami, decorē amisit.

Ezech. 31

occupatio

Lucæ 23.

Augu. ad Dardanū

summam quietem ac uoluptatem & requiem illam sinus Abrahæ, Christus enim ratione diuinitatis ubiq; semper est. translato autē uerbo paradisi, ait Augustinus, significari omnem spiritalem quasi regionem, ubi animæ bene est. Quin & in ipso homine lætícia quædam bonæ conscientiæ paradisus est. Et quod Paulus ait, se raptum ad tertium cœlum, & in paradisum, ubi audiuerit arcana uerba quæ homini profari non licet. Hæc uerba ad paradisum spiritalem, hoc est tertium cœlum, & beatitudinis sedem referenda esse, peculiaris sententia theologorum confirmat. Iam quod Enoch & Helias in paradisum translati dicuntur: certè Moses in Enoch historia paradisi non meminit. Et capite secundo, quarti regnorū, Vbi de Helia: cœli mentio fit non paradisi. Et quamuis Ecclesiastici quadragesimo quarto sit scriptum Enoch translatum esse in paradisum: illic tamen uerbi translatione in uoce paradisi, locum spiritalem siue áereum, ubi homini iusticia delibuto bene sit, intellexisse Ecclesiasticū consonū uidetur, inde adeò q̄ Moysen, & libros regnorum, & prophetas imitatus est: at cœli mentio est illic, non paradisi terrestris. Eodē tropo, ut uidetur, usus est Ecclesiasticus

li. 12 d'Genesi.

1. Cor. 12.

Ambrosi9 Athanasi9 Enoch, Helias. Gene. 5.

Eccle. 40

clesiasticus alibi. Timor domini sicut paradisus benedictionis: uoce ad spiritualia translata. Porro Mosis sancta historia non permittit, ut Enoch in terrestrem paradisum translatum intelligamus, omnem enim terram tempore diluuij sub undis fuisse Moses asseuerat, & ante diluuium Enoch raptum fuisse scribit.

Opiniões d' loco paradisi.

De loco paradisi multi multa dicunt, alij eum prope fortunatas insulas esse aiunt, alij in oriente, alij sub æquatore, alij sub tropico cancri. Porro & in altissimo loco situm contendunt, ac ne hoc quidem modo pariter omnes. Sunt enim qui ad globum lunæ attingere dicunt. Sunt qui sub æquatore ad initium mediæ regionis áëris statuunt. Alij rursum in parte infima supremæ regionis áëris locant. Alij item alia.

li. 8. d' Genesi.

Augustinus locum paradisi à cognitione hominum remotissimum ait. Et quod fluminum ex eo orientium fontes noti esse dicuntur, autumat ea flumina alicubi isse sub terras, & post tractus prolixarum regionum, locis alijs erupisse, ubi tanq̃ in suis fontibus nota esse perhibentur. Nam hoc solere nonnullas aquas facere quis ignorat? Ex sacris literis ubi sit paradisus, non liquere Hieronymus putat. Et si uulgo in Eden ab oriente uerterunt septuaginta

ptuaginta interpretes, ἐν ἐδὲμ κατὰ ἀνατολὰς, sed oriens late patet. Hieronymus sic ait, pro paradiso hortum habet (scilicet Hebraica scriptura) id est gan. Porro Eden deliciæ interpretantur, pro quo Symmachus trãstulit paradisum florentem. Necnon quòd sequitur contra orientem, in Hebræo Mikæden scribitur, quod aquila posuit, ἀπὸ ἀρχῆς, & nos ab exordio possumus dicere. Symmachus uero ἐκ πρώτης, & Theodotio, ἐν πρώτοις, quod & ipsum non orientem, sed principium signat. Sed de paradiso hactenus.

in Quæstionib. Hebraicis.

Quæstiones in sacris obscuræ.

In cuius quæstione, & in alijs huiusmodi uarijs, siue ad obscurissima opera Dei, siue ad scripturarum abditissimas latebras pertinentibus, quas certo genere aliquo complecti ac definire difficile est: & multa ignorari salua Christiana fide, & alicubi errari sine aliquo Hæretici dogmatis crimine, ait Augustinus.

Cap. 23. d' pctõ originali cõtra Pelagium

Ex arbore decerptum.

Lignũ sciẽtiæ boni et mali.

Li. 8. d' Gen. c. 6

Arborem hanc scriptura uocat, lignum scientiæ boni & mali. Quam arborem, inquit Augustinus, non esse cibo noxiam. Neq; enim qui fecerat omnia ualde bona, in paradiso instituerat aliquid mali: sed malum fuisse homini trans

Cur prohibitur Adā à fructu arboris.

obedientia.

ni transgreßionem præcepti. Oportebat aūt, ait Augustinus, ut homo sub domino deo positus, alicunde prohiberetur, ut ei promerendi dominum suum, uirtus esset ipsa obedientia, quam possum uerißime dicere solam esse uirtutem, omni creaturæ rationali agenti sub dei potestate, primumq; esse & maximum uitium tumoris ad ruinam sua potestate uelle uti, Cuius uitij nomen est inobedientia. Non esset ergo, unde se homo dominum habere cogitaret atq; sentiret, nisi aliquid ei iuberetur. Arbor itaq; illa non erat mala, sed appellata est sciētiæ dignoscendi bonum & malum, quia si post prohibitionem ex illa homo ederet, in illa erat præcepti futura transgreßio, in qua homo per experimentum pœnæ discerneret quid interesset inter obedientiæ bonum & inobediētiæ malum. Proinde & hoc non in figura dictum, sed quoddam uere lignum accipiendum est, cui non de fructu, uel pomo quod inde nasceretur, sed ex ipsa re, nomen impositum est, quæ illo contra uetitum tacto, fuerat secutura. Hæc ille.

Peccatumq; inobedientia. &c.

Causæ pc̄ti original.

Duæ causæ peccati originalis describuntur

inobediē

46

Inobedientia Adami, & inuidia Diaboli: iuxta illud, Deus creauit hominem inexterminabilem & ad imaginem similitudinis suæ fecit illum, Inuidia autem Diaboli, mors intrauit in orbem terrarum. Sap. 2.

In mundum inuexit. &c.

De eo ita Paulus. Propterea sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiuit, in quo omnes peccauerunt. Vnde alibi ait. Eramus natura filij iræ. Natura, id est, uere & proprie, ut Theophilactus interpretatur, uel quia ex natiuitate nostra, & à natura nostra uiciata, rei sumus & obnoxij iræ diuinæ. In quem sensum Dauid dixit. In iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Peccatum autem hoc quod inuasit omnes ab Adā prognatos, orignale appellatur, quoniam ex uitiosa lege orignis nostræ, in qua concipimur, libidinosa sczt carnis concupiscentia, traducitur. Citra quam nisi peccasset homo operam liberis dare potuisse perhibetur. Peccatū orignale bifariam diuiditur, in personale & naturale. Personale in Adam, qui primus hominum

Roma. 5.

pctūm p Adā.

Eph. 2.

Psal. 50.

pctūm originale.

Peccatum originale duplex.

minum transgresso præcepto diuino peccato obnoxius factus. Naturale autem est quod cõceptione carnali & natiuitate trahunt omnes ab Adam per concupiscentiam carnis generati.

Peccatum orignale quid est,

Thomas Aquinas.

Quod quidem peccatum aliqui diffiniunt esse habitum, id est, languorem naturæ, hoc est, inordinatam dispositionem ex dissolutione harmoniæ orignalis iustitiæ. Vel aliter: carentiã orignalis iustitiæ debitæ inesse. Intelligentes orignalẽ iustitiã, non tantũ imputationẽ seu approbationẽ diuinã, sed ipsam integritatem uirium hominis, qua poterat homo expers concupiscentiæ prauæ præstare integram obedientiam deo.

Peccatum orignale quomõ cõtrahitur.

Peccatum autem orignale secundum carnem trahi existimandum est. nõ secundum animam, Quoniam anima non fit ex traduce, uerũ à Deo ex nihilo creatur absq; peccato, & corpori in utero absoluto infunditur. Corpus uero cum non sine libidine & concupiscentiæ feruore seminetur, contrahit id ex quo peccatum fit in anima, cum corpori infunditur.

Peccatum ĩ carne habitare dicitur.

Rom. 7.

Dicitur autem hoc peccatum in carne habitare, lexq; illius in membris nostris. Non q̃ in anima nõ sit, sed quia per corruptionẽ carnis in anima sit, propterea scilicet, q̃ anima sine uitio infusa carni, condelectatur

illi,

illi, atq; ita perhibetur contrahere uitium.

Pc̃tum ex baptizatis parẽtibus quomõ in filios trãsit

Aug. ep. cv et li. 5 cõtra Pelagium

Formale peccati. materiale peccati.

Cæterum hoc peccatum, q̃uis non dubitamus in parentibus dimissum esse per baptismũ, tamen in filios fidelium transit. Potest enim habere generatio carnalis, quod sola tollit regeneratione spiritualis. Tollit autem illa reatũ concupiscentiæ (qui formale peccati à quibusdam dicitur) idq; gratia renascendi, non autem ipsam concupiscentiam, quam materiale peccati nonnulli uocant.

Simil[i]tudo

Et quemadmodum præpucium, quamuis per circumcisionem aufertur: manet tamen in eo quem genuerunt circumcisi. Præterea palea quæ humana opera separatur, manet tamen in fructu qui de purgato tritico nascitur. Ita peccatum quod in parentibus per baptismum mundatur, manet in ijs quos genuerunt. Non enim parentes generant filios secundum illam generationẽ qua denuo nati sunt, sed potius secundũ illam qua carnaliter et ipsi primum sunt generati. Sed ut ut fiat hoc, satis est scire in omnes posteros Adæ, peccatum ab ipso Adam manasse docente scriptura, tum quod baptismo ab eo saluemur, etiamsi nũq̃ nouerimus, quomodo in illud malum deuenerimus, ut Augustinus in loco quodam ait.

Occupatio

li. 2. d' sententia beati Iacobi.

At inquiet aliquis, sacris oraculis

proditum

Ezech. 18 proditum eſſe, anima quæ peccauerit, ipſa mo-
rietur: filius non portabit iniquitatem patris.
Ita quidem eſt, ſed oēs quodāmodo in Adam
peccauimus, nō aliter q̄ omnes futuri fructus,
uiciati ſunt in uitio ſeminis aut radicis. Iuſti-
cia autem illa prima, quæ orignalis nuncupa-
tur, non erat munus à Deo Adæ peculiariter
tributum, ſed humano generi: ideoq́; cum hiſ
qui erant tum genus humanum, facinus com-
miſerunt. uniuerſum humanum genus benefici-
um illud perdidit. Quemadmodum quod ciui-
tas puſilla adhuc & infrequēs decreuit ac ſta-
tuit, eadem mox aucta & numeroſa ſeruat.
Et pauci patres copioſam ſuam in poſterū ſo-
Cōcupiſcē bolem obligant & deuinciūt. Porro concupi-
tia p9 ba- ſcentia quæ in paruulis baptiſatis à reatu ſol-
ptiſmū ma uitur. ad agonem, ut Auguſtinus ait, relinqui- l. 2. co.
net ad cer tur, ante agonem mortuos nulla damnatione 4. de
tamē, ut ſit perſequitur, paruulos non baptiſatos reos in- pctō-
materia uertit, & tanq̄ iræ filios, etiamſi paruuli mo- rū me
uirtutis. riantur, ad condemnationem trahit. In gran- ritiſ et
dibus autem baptiſatis, in quibus iam ratione remiſ
utentibus, quicquid eidem concupiſcentiæ mens ſi cōt
ad peccandum conſentit, propriæ uoluntatis Pela.
eſt: deletis peccatis omnibus, ſoluto etiam re- giū.
atu, quo uinctos orignaliter detinebat, ad ago

48

nem interim manet, non ſibi ad illicita con-
ſentientibus, nihil omnino nocitura donec ab-
ſorbeatur mors in uictoriam, & pace perfe-
cta nihil quod uincatur exiſtat. Conſentien-
tes autem ſibi ad illicita, reos tenet, & niſi
per medicinam pœnitentiæ & opera miſeri-
cordiæ per cœleſtem ſacerdotem p̄ nobis in-
terpellantem ſanentur, ad ſecundam mortem,
damnationemq́; perducit, hæc Auguſtinus.
Præter peccatum orignale, quod baptiſmate
deletur, ſunt alia peccata actualia dicta, à cō- Peccatum
cupiſcentia manantia, quæ pœnitentia delen- actuale.
tur docente ſcriptura. Memor eſto, unde ce- Apoca. 2.
cideris, & age pœnitentiam, & prima opera
fac. Vnde beatus Hieronymus Tertullianum Hiero. ſup
ſequutus, ſecundam poſt naufragium tabulam, Danielē.
appellat pœnitentiam. primam tabulam intel-
ligendo baptiſmum, quo ex naufragio origi-
nalis peccati, & actualis, ſi adulti baptiſentur
homines, enatant: ſecundam autem pœniten-
tiam. Peccatum actuale, eſt transgreſſio legis Peccatum
diuinæ quæ fit cogitatione, loquutione, & o- actuale.
pere. Cæterū cum cogitatio peccati ſuggeritur cogitatio.
in mente, ſi nulla ſubſequitur in eo delectatio,
nec aſſenſus, peccatum non eſt. Quod quidem
in corde conſumatur, etiā ſi ad opus nō exeat,

cum est consensus deliberatus in peccatū, iuxta illud seruatoris. Quicunq; aspexerit uxorem alterius ad concupiscendum eam, iam adulterium commisit cum ea in corde suo.

Matth. 5.

Peccatum actual' duplex.

Peccatum actuale est duplex, mortale & ueniale, seu minutum. Mortale est quod homini mortem æternam generat. Talia peccata cōmemorat Paulus ad Galatas. Manifesta sunt (inquit) opera carnis adulterium, scortatio, immundicia, lasciuia, simulachrorum cultus, ueneficium, inimicitiæ, lis, æmulationes, iræ, concertationes, seditiones, sectæ, inuidiæ, cædes, ebrietates, comessationes, & his similia. de quibus (inquit) prædico uobis, quemadmodum & prædixi, quòd qui talia agunt, regni dei hæredes nō erūt.

Gala. 5.

Veniale pctūm.

Serm. 39. de sanctis.

Veniale aūt pctūm, quot licet animā nō occidat, ita tamē eā (ut ait Augustinus) uelut quibusdā pustulis, et quasi horrenda scabie replens, deformē facit, ut eā ad amplexus illius spōsi cœlestis, aut uix, aut cū grādi cōfusione uenire permittat. De quo scriptū est. Aptauit sibi ecclesiā non habentē maculā aut rugam. Et ideo (inquit) continuis orationibus, & frequētibus ieiunijs, et largioribus elemosynis, & præcipuè p indulgentiā eorū, qui in nos peccant, assiduè redimantur, ne forte simul

Ephesi. 5.

te simul collecta, cumulum faciant, & demergant animam. Peccatorū m uenialium aliqua August. in quodam sermone nominat. Quoties aliquis in cibo aut potu plus accipit, q̄ necesse sit. Quoties plus loquitur, q̄ oportet, aut plus tacet q̄ expedit. Quoties pauperem importunè petentem exasperat. Quoties cū corpore sit sanus, alijs ieiunantibus prandere uoluerit, aut somno deditus, tardius ad ecclesiam surgit. Quoties, excepto desyderio filiorum, uxorem suam cognouerit. Quoties in carcere clausos & in uinculis positos, tardius requisierit. Quoties infirmos tardius uisitauerit. Si discordes ad cōcordiam reuocare neglexerit. Si plus aut proximum, aut uxorem, aut filium, aut seruum exasperauerit, quàm oportet. Si amplius fuerit blanditus q̄ expedit. Si cuicunque maiori personæ, aut ex uoluntate, aut ex necessitate adulari uoluerit, Si pauperibus esurientibus cibum non dederit, aut nimium delitiosa aut sumptuosa sibi cōuiuia præparauerit, Si se in ecclesia uel extra ecclesiam fabulis ociosis, de quibus in die iudicij ratio reddenda est, occupauerit. Hæc & alia peccata minuta seu uenialia August. recenset. Christiani autē hominis peccata omnia uenialia dici possunt,

Serm. 39. de sanctis.

Exempla peccatorū uenialium

Matth. 12

s.39. d's.

Christiani hōinis peccata oia

ci possunt. non q; per se tantilla leuiaq; sint, uerum q; dei
beneficentia fidelibus cōdonentur, & non im-
putentur ad mortem, si dignos fructus pœni-
Infidelis tentiæ egerint. Infidelis uero hominis etiam
hominis illa quæ opera uidentur honesta, Deo grata
opera. non sunt propter personam uitiosam factam
Rom. 14. incredulitate, iuxta dictum Pauli. Quicquid
Aug. in Io ex fide non est, peccatū est. Quod scīt nō refe-
annem ratur ad eum finē, ex quo omnia sunt bona, qui
Rom. 10. finis est Christus, qui factus est nobis sapienti-
a, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio,
1. Cor. 1. ut idem Paulus loquitur. Peccata capitalia
Pctā capi ex quibus cætera tanq̄ ex radicibus ortum du-
talia septē cunt, uel ad ea tanq̄ ad capita referuntur, nu-
merantur septem. Superbia, auaritia, luxuria,
inuidia, gula, ira, acedia. Quæ quidem descri-
benda duxi, cum speciebus eorū, adiunctis ad
ea sacræ scripturæ locis, quibus cauentur, aut
Super- conuelluntur. Superbiæ nomen à supereundo
bia. deducitur. Describitur autem superbia inor-
dinatus propriæ excellentiæ appetitus. Id au-
Modi 4. tem fit potissimū modis quatuor. Primo quan-
superbiæ. do bonum aliquis à semetipso habere putat.
1. Cori. 4. Nam ut Apostolus ait. Quid habes quod non
accepisti? Si aūt accepisti qd gloriaris, quasi
non acceperis? Altero qñ & si sibi desuper

datum

datum credit, tamē hoc pro suis meritis se ac-
cepisse putat. Quis enim prior dedit deo &
retribuetur ei? ait Apostolus. Cuius gratia Rom. 11.
(ait idem) se id esse quod est. Quod quidem 1. Cor. 15.
nemo sanæ mentis de se quoq; posse dici ne-
gauerit. Tertio qñ iactat se habere quod non
habet, quod uitium exprobrat Christus phari-
sæis. Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, Matth. 23
quia similes estis sepulchris dealbatis, quæ fo-
ris apparent hominibus speciosa, intus uero
plena sunt ossibus mortuorum, & omni spur-
citia. Sic & uos foris apparetis hominibus iu-
sti, intus autem pleni estis hypocrisi & iniqui-
tate. Quarto modo, qñ despectis cæteris sin-
gulariter capit uideri habere. Quemadmodū
ille pharisæus apud Lucam, cum diceret. Deus Lucæ 18.
gratias ago tibi, quia non sum sicut cæteri ho-
minum, raptores, iniusti, adulteri, uelut etiam
hic publicanus, ieiuno bis in sabbato, decimas
do omnium quæ possideo. Superbia (ut sa- Ecclesi. x.
piens Hebræus ait) initium est omnis peccati,
uel q; in omni peccato est inobedientia, uel q;
in homine non esset concupiscentia qua sensus Gene. 8.
& cogitatio prona sunt ad malum si homo
Deo obediuisset. Cum uero cætera uitia in
malefactis ualent, sola superbia, etiam in re-

ctè factis

Matth. 6. ctẽ factis est caueda. Eius seruator admonet. Attendite ne iustitiam uestram faciatis coram hominibus, ut uideamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis apud patrem uestrum qui in cœlis est. A peccato superbiæ plurimis sacræ scripturæ locis auocantur homines. Odibilis (ait Ecclesiasticus) coram Deo & hominibus superbia. Quid superbit terra & cinis? Initium superbiæ hominis apostotare à Deo, quoniam ab eo qui fecit illum recessit cor eius, quoniam initium peccati omnis, est superbia, qui tenuerit illam adimplebitur maledictis, & subuertet eum in finem. Sedes ducum superborum destruxit deus, et sedere fecit mites pro eis. Radices gentium superbarum arefecit Deus, & plantauit humiles ex ipsis gentibus.

Eccles. x.

Eccles. 3. Quanto maior es humilia te in omnibus, & 1. Pet. 5. coram Deo inuenies gratiam. Et Petrus, superbis deus resistit. humilibus autem dat gratiam suam. Cuius rei inter cæteros est insigne exemplum. Nabuchodonosor rex, qui regno eiectus erat, & fenum quasi bos comedebat, cũq; confiteretur potentiam solius Dei, in regnum restitutus fuerat.

Danie. 4.

Superbiæ species. Superbiæ subijciuntur, ambitio, præsumptio, ingratitudo, curiositas, derisio, iudicium temerarium,

rarium, iactantia, hyppocrisis, pertinatio, discordia, inobedientia, fastus in ornatu, erubescentia de humiliatione, irreuerentia, infidelitas, & si qua sunt alia.

ambitio. Ambitio est immoderatus honoris appetitus, de qua Paulus. Nemo sibi ipsi usurpat honorem sed qui uocatur à Deo tanq̃ Aaron. Et alibi. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes. Quamuis aũt opus bonum desyderare bonum sit, tamen primatum honoris concupiscere uanitas est. Et certè, loco ignominiæ est apud indignum dignitas, docente Salomone. Quomodo nix in æstate, & pluuia in messe, sic indecens est stulto gloria. Quæ quidem gloria, prouerbio dicitur crocodilus. Nam ut animal crocodilus hominem insequentem se fugit, & fugientẽ persequitur: ita & gloria quærentes fugit, negligentes sequitur. Salustius de Catone. Quominus gloriam petebat, hoc eam magis assequebatur. Sed neq; est cur honor tanq̃ summum bonum expetatur. Cum enim honorem persequi uidentur homines, ut se ipsos bonos esse credant. unde & à prudentibus, & apud eos qui ipsos cognoscunt, et ob uirtutem honoribus affici quærunt. Constat secundum

Hebr. 5. Galat. 5. Chrysost. Prou. 26. glia crocodilus. Aristotel. 1. Ethico.

hos

hos ipsos, honorē præstabiliorem esse uirtutē.

Præsumptio. quasi præ alijs sumptio, cum quispiam aggreditur opus excedens facultatem aut iurisditionem suam. Describitur ab aliquibus præsumptio. Non moderatio spei. Idq́; dupliciter, uel supra proprias uires, uel contra iustitiam Dei, quæ posterior est species blasphemiæ in deum. Huius exemplum est apud Paulum. Quid adhuc quæritur? uoluntati eius quis resistet? Qui sermo est impij hominis argutantis, Deo imputandum esse, non homini, si peccauerit, cum uoluntati eius nemo resistere potest. Atq; propterea Paulus ait, O homo tu qui es, qui respondeas Deo? Nūquid dicit figmentum ei qui se finxit, quare me sic finxisti? Ab eo malo dehortatur illud sapientis Hebræi. Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris, sed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper, & in pluribus operibus eius non eris curiosus. Non est enim tibi necessarium ea quæ abscondita sunt uidere oculis tuis. Et Paulus, Non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Præsumptuosum. quidam sic describit. Primus in conuentibus residet, in consilijs primus respondet, non uocatus accedit, non missus se intromittit, reordinat ordinata,

Roma. 9.

Eccle. 3.

Roma. 12

Bern. de 12. gra. humilitatis.

ordinata, reficit facta, quicquid ipse non fecit, aut non ordinauit, nec rectè factum, nec pulchrè ordinatum existimat: iudicat iudicantes: præiudicat iudicaturos.

Ingratitudo est, cum quispiam beneficij accepti est immemor, neq; gratiam refert cui debet, si potest. Vitium iuxta ueteres longe teterrimum. Dixeris maledicta cuncta, ingratum si dixeris, ait Mimus Publianus. Quamobrem ueteres ut esset retributio, Gratiarum templū in media ciuitate condebāt. finxerant enim ueteres illi, tres deas charites, id est, gratias. Vnam quæ dat beneficium, Altera quæ accipit, Tertiam quæ reddit, consertis manibus, quia ordo beneficij per manum transeuntis, nihilominus ad dantem reuerti debet. Ridentes, quæ hilari uultu præstanda beneficia. Iuuenes quia beneficiorum memoria senescere non debet. Virgines, quia incorrupta, & syncera, & omnibus sancta. In quibus nihil esse alligati, nec astricti, solutis itaq; uestibus utuntur. Perlucidis autem, qui a beneficia conspici uolunt. Ingratitudinis uitio laborantes, deteriores esse brutis Deus innuit apud prophetam, dicens. Filios enutriui & exaltaui ipsi aūt spreuerūt me. Cognouit bos possessorem suum, & asinus

præsepe

Ingratitudo

Aris. 5. Ethicorum.

Charites.

Seneca de beneficijs.

Esaiæ. 1.

præsepe domini sui, Israél autem non cogno-
uit, & populus meus non intellexit. Qui red-
Prou. 17. dit mala pro bonis, non recedet malum de
domo eius, ait Salomon. Curiositas, superflua
curiositas. indagatio rerum ad se non pertinentium. Hu-
ius uitij notari uidentur Athenienses in Acti-
Actu. 17. bus Apostolorum. Athenienses (inquit) & qui
illic uersabantur hospites, ad nihil aliud uaca-
bant, nisi ad dicendum, aut audiendum aliquid
ad Dioscurum. noui. Est sanè imperitissima scientia (ut ait Au-
gustinus) dum nos scire gaudemus quid Ana-
ximenes, quid Anaxagoras, quid Pythagoras,
quid Demosthenes senserit, et cæteri huiusmo-
di, ut docti eruditiq; uideamur, cum à doctri-
na & uera eruditione longe absit. Dehorta-
Ecclesi. 3. tur ab eo uitio Ecclesiasticus. In superuacuis
rebus, noli scrutari multipliciter: & in pluri-
Non uidemus mãticæ quid in tergo est. bus operibus eius non eris curiosus. Est autem
in hoc uitio illud, quòd genus hominum curi-
osum est ad cognoscendam uitam alienam, de-
sidiosum ad corrigendam suam. Curiosus uero
animus quanto peritior fuerit alieni, tanto fit
Roma. 2. magis ignarus sui. Vnde Paulus. Propter
quod inexcusabilis es ô homo omnis qui iu-
dicas, in quo enim iudicas alterum, te ipsum
condemnas, eadem enim agis quæ iudicas.
Tu quis es

Tu quis es, qui alienum seruum iudicas? do- Roma. 14
mino suo stat aut cadit, stabit autem. Potens
est enim Deus statuere illum. Et seruator a- Lucæ 6.
pud Lucam. Quid uides festucã in oculo fra-
tris tui, trabem autem, quæ est in oculo tuo nõ
uides? Hypocrita eijce primum trabem de o-
culo tuo, & tunc prospicies ut educas festu-
cam de oculo fratris tui.

Derisio, qua quispiam malum alicuius uel Derisio.
defectum in ludum, uel risum ponit, ut erube-
scat. Quod sacræ literæ uetant. Non irrideas
hominem in amaritudine animæ suæ. Est enim Ecclesi. 7.
qui humiliat et qui exaltat circũspector deus.

Iudicium temerarium, cum aliquis iudicat Iudicium.
de his quæ sunt dubia uel occulta, propter a-
liquas leues coniecturas. de quo Christus apud
Matthæum. Nolite iudicare & non iudicabi-
mini. Nolite condemnare & non condemna-
bimini. Quo loco (inquit Augustinus) nihil li. 2. cõtra Manich.
aliud nobis, præcipi existimo, nisi ut ea facta
quæ dubium est, quo animo fiant, in meliorem
partem interpretemur. Quod enim scriptum
est, à fructibus eorum cognoscetis eos, de ma- Matth. 7.
nifestis dictum est, quæ non possunt bono ani-
mo fieri. Sunt quædã facta media, quæ igno-
ramus quo animo fiant, quia in bono & malo
G fieri pos-

fieri possunt, de quibus temerarium est iudicare, maxime ut condemnemus. Sunt autem duo in quibus temerarium est iudicium, cum incertum est quo animo quid factum sit, Vel incertum est, qualis futurus sit, qui nunc uel bonus uel malus apparet. Horum primum notat Christus in Iudæis. Venit (inquit) Ioannes neq; manducans neq; bibens, & dicunt, dæmonium habet. Venit filius hominis manducans & bibens, & dicunt. Ecce homo uorax et uini potor publicanorum & peccatorũ amicus. Tales aũt inuenias multos, qui de omnibus male iudicant. Vt Chrysostomus ait. Dicunt enim si quis studet, aut uacat humilitati, hypocrita est. Si recreationi, gulosus est. Si paciẽtiæ, timidus est. Si iustitiæ, impatiens est. Si simplicitati, fatuus est. Si prudentiæ, malitiosus est. Si seueritati, phlegmaticus est. Si iucunditati, dissolutus est. Si religioni, singularis est. Si societati, secularis est. Si silẽtio, et paci, dissimulator est. Si aliorum correptioni, præsumptuosus est. Si instat uigilijs & orationibus, indiscretus est. Si dormitioni, somnolẽtus est. Si prædicationi, et aliorũ saluti, appetitor est laudis. Si desistat, negligens est. Si habet gratiã hominum, adulator est. Si adulari renuit, dicitur ꝙ superbus

Aug. contra Mani.

Matth. 11

ꝙ superbus est. Alterum uero modum iudicij temerarij notat Paulus, cum dicit. Tu quis es qui alienum seruum iudicas? domino suo stat aut cadit, stabit autẽ, potens est enim Deus statuere illum. Item, tu autem qd iudicas fratrem tuum? aut tu quare spernis fratrem tuum, omnes enim stabimus ante tribunal Christi. Et alibi, Itaq; nolite ante tẽpus iudicare, quoadusq; ueniat dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Ad iudicium rectum, tria requiri aiunt, unum ut procedat ex uirtutis inclinatione, non ex impetu affectus, aut suspitionis. Alterum ut procedat ex authoritate præsidẽtis. Tertium ut proferatur secundũ rectã rationem prudentiæ. Quodcũq; horum defuerit in iudicio, dicetur inordinatum, illicitum. Si enim primum deerit, uocatur peruersum. Sin alterum, dicitur usurpatum. Sin tertium, temerariũ. Vnde Ambrosius. Iudicet ille de alterius errore, qui non habet in seipso quod condẽnet, iudicet ille qui non agit eadẽ, quæ in alio putauerit esse punienda, ne cũ de alio iudicat, de seipso sentẽtiã ferat. Iudicet ille qui ad pronunciandũ, nullo odio, nulla lenitate dicitur.

Iactantia est uoluptas gestientis et sese efferentis

Rom. 14.

Diõ. Car.

Ad iudicium rectũ tria requiruntur.

Prou 27.

Iactantia.

ferentis insolentius. Quam prohibet Salomõ.
Laudet te alienus & non os tuum, extraneus,
2.Cor.11. non labia tua. Paulus ad Corinthios scribens,
ne penitus arguatur eius uitij, ait. Iterum dico
ne quis me putet insipientẽ esse, Alioquin uelut
insipientem accipite me, ut ego modicum quid
Cic. i offi. glorier. Hæc ille. Deforme est enim, ait quidã,
de se ipso prædicare, falsa præsertim, & cum
irrisione audiẽtium, imitari militem illum glo
riosum, Trasonem sczt, qui apud comicum
Teren. in inducitur de se plurima stultè prædicans cum
Eunucho. irrisione serui Gnatonis.

Hypocrisis. Hypocrisis. Græcum est uerbum, Latinè si-
gnificat simulationem, à uerbo ὑποκρίνω, id
est, simulo, quod fit in his quæ non sunt. Estq;
hypocrisis, simulatio alienæ personæ. De hoc
Ecclesi. 1. uitio apud Ecclesiasticum scribitur. Ne fueris
hypocrita in conspectu hominum, et non scã-
Eccle. 19. daliseris in labijs tuis. Et alibi. Est qui nequi-
ter humiliat se, & interiora eius plena sunt
Matth. 6. dolo. Christus item apud Matthæum monet ut
caueatur hoc uitium. Cum oratis non eritis
sicut hypocritæ qui amant in synagogis, & in
angulis platearum stantes orare, ut uideantur
Matth. 23 ab hominibus. Idemq; apud Matthæũ ob hoc
uitium, comparat pharisæos sepulchris mor-
tuorum,

tuorum, quæ foris sunt speciosa, intus autem Matth. 23
plena sunt oßibus mortuorum. Quod si quis
(ait quidam) simulatione & inani ostensione, Cic. 2. offi.
ficto non modo sermone, sed etiam uultu, sta-
bilem se gloriam consequi posse retur, uehe-
menter errat. Vera gloria radices agit, atq;
etiam propagatur, ficta omnia celeriter tanq̃
flosculi decidunt, nec simulatum potest quicq̃
esse diuturnum. Estq; compendiaria uia ad uia ad glo
gloriam, ut qualis quisq; haberi uelit, talis sit. riam.

Pertinacia, obstinatio in propria sententia Pertinacia.
Gene perseuerans plus q̃ oportet. Propter hoc ui-
49. tium Iacob maledictum ait furorem Simeon
& Leui. Interest (ait Augustinus) quantum et Ad Marcellam.
in quibus rebus erretur, & quàm facile se
quis corrigat, uel quanta pertinacia suum de-
fendere conetur errorem.

Discordia, est uoluntatum quædam disgre- discordia.
gatio, qua uoluntas unius fertur in unum, &
uoluntas alterius in aliud. Hoc uitio res etiam
maximas dilabi docet Christus. Omne regnum Math. 12.
in seipsum diuisum desolabitur, & domus su-
pra domum cadet. Seminantem discordias in-
ter fratres anima dei detestatur, ut Salomon Prouer. 6
scriptum reliquit. Quod, si discipuli dei sunt,
qui charitatem seruant mutuam, ut ipse Chri- Ioan. 13.

 stus

ſtus docuit, Proculdubio filij ſathanæ ſunt diſcordes. Eſt autem in hoc uitio moleſtum, quòd peruerſæ mentes, ſi ſemel ad ſtudium contrarietatis eruperint, ſiue prauũ ſiue rectum quid à contradicentibus audient, aduerſis hoc reſponſiõibus impugnant, quia cum perſona per contrarietatem diſplicet, nec recta quæ protulerint placent. Huc pertinet ſchiſma, id eſt, ſciſſura, hoc eſt ſeparatio ſpontanea ab unitate cœtus alicuius laudati. Ab hoc uitio Paulus Corinthios auocat. Obſecro uos fratres, per domini noſtri Ieſu Chriſti nomen, ut id ipſum dicatis omnes, et non ſint inter uos ſchiſmata: ſitis autem perfecti in eodẽ ſenſu. Item, ſi quis uidetur contẽtioſus: nos talem conſuetudinem non habemus, neq; eccleſia Dei.

Gregorius

ſchiſma.

1. Cori. 1.

1. Cor. 11

Inobedietia.

Inobedientia qua quiſpiam non paret illi cui parendum eſt. Obedite, ait Paulus, Præpoſitis ueſtris. Qui poteſtati reſiſtit, dei ordinationi reſiſtit. Et Samuel, Melior eſt obedientia quàm uictimæ, Quòd ſezt per uictimas aliena caro, per obedientiam uero propria uoluntas mactatur.

Hebræ. 13

Roma. 13

1. Reg. 15

Faſtus in ornatu. De quo Paulus. Mulieres in habitu ornato cum uerecundia et ſobrietate ornantes ſeſe, non in tortis crinibus, aut auro, aut

1. Timo. 2

aut margaritis, uel ueſte præcioſa, ſed quod decet mulieres promittentes pietatẽ per opera bona. Et Petrus, Non ſit extrinſecus capillatura, aut circumdatio auri, aut indumenti ueſtimentorum cultus. Et Eſaias pro eo quod elatæ ſunt filiæ Syon, & ambulauerunt extẽto collo: decaluabit dominus uerticem filiorum Syon, & dominus crimen earum nudabit. In die illa auferet dominus ornamenta calciamẽtorum, & lunulas & torques & monilia & armilas. Veſtis, ſcribit Hieronymus ad Euſtochium, nec ſatis munda nec ſordida, & nulla diuerſitate notabilis, ne ad te obuians turba conſiſtat, nec digito demonſtreris. Amictus corporis (ait Eccleſiaſticus) riſus dentium, & inceſſus hominis, enunciant de homine.

1. Petri 3.

Eſaiæ. 3.

Eccleſi. 19

Erubeſcentia de humiliatione, qua fit plerumq; ut homines erubeſcant recta agere. Id quod Chriſtus expreßit cum Iudæis diceret. Quomodo uos poteſtis credere qui gloriam adinuicem accipitis.

Ioan. 5.

Irreuerentia, quæ eſt cum honor debitus alicui non exhibetur, Quod Paulus fieri diſſuadet. Honore (inquit) inuicem præuenientes. Et alibi, cui honorem, honorem. Item, præſbyteri qui bene præſunt, duplici honore digni habeantur.

Irreuerentia,

Rom. 12.

Rom. 13.

1. Tim. 5.

1. Petri 2. habeantur. Petrus item. Omnes honorate. Et
Leuit. 19. in Leuitico præcipitur, coram cano capite cõsurge, & honora personam senis.

Spẽs infidelitatis. Infidelitas, Cuius tres species, una gentiliũ, grauis. Altera Iudæorum, grauior. Tertia hæreticorum grauißima. Obnoxij huic uitio Deo placere non possunt. Sine fide enim imposs-
Hebre. 11. bile est placere Deo, ut Apostolus docet. Atq; hactenus de superbia, & eius speciebus, deinceps de auaricia dicendum est.

Auaricia. Auaricia, est immoderata auiditas habẽdi diuitias, ab aueo, id est, cupio, deductum nomen. Auariciæ duæ species sunt, Vna cũ quispiam sua plus q̃ par est amat, eaq; tenacius
Spẽs auaritiæ. retinet. Altera cum aliena iniquè concupiscit & acquirit. Ex prima specie nascuntur quatuor uitia, oblectatio, nimia in diuitijs, tenacitas, detentio alieni, cura superflua.

Oblectatio nimia in diuitijs est, cum aliquis plus q̃ par est amat delectaturq; & sperat in multitudine diuitiarum. Vt diues ille apud Lu-
Lucæ 12. cam. Qui horreis maioribus factis in eisq; fructibus reconditis, animæ suæ dicebat. Anima habes multa bona, reposita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare. Ab eo uitio scriptura sacra nos auocat cum dicit.

Diuitiæ

Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. Bea- Psal. 61.
tus diues qui inuentus est sine macula, et qui Eccle. 31.
post aurum non abijt, nec sperauit in pecunia et thesauris. Diuitibus huius sæculi præcipe (scribit Paulus Thimotheo) ne elato sint ani- 1. Tim. 6.
mo, neq; spem ponant in diuitijs incertis. Sed in Deo uiuente, qui præbet nobis omnia affatim ad fruendum. Et certè longius à Deo est, qui inflammatur auariciæ cupiditate, docente Christo. Non potestis Deo seruire & mam- Matth. 6.
monæ. Quam ob rem Paulus auariciam appellat idolorum seruitutem, indicans eum qui Ephe. 5.
se auro addixit ut domino, esse auri seruum, & idolorum cultui subiectum.

Tenacitas. Tenacitas, impietas uolendo subuenire indigentibus, aut etiam nobis ipsis. Quod ut ne fiat, adhortatur Christus apud Lucam, cum diuitias temporales (quas mammon iniquas uo- Lucæ 6.
cat, materiam nempe omnis iniquitatis) pauperibus largiri iubet, recepturis nos in æterna tabernacula, si bonis Dei usi fuerimus ad nostram utilitatem. ut uillicus iniquus bonis domini sui. Et Ioannes in epistola. Qui 1. Ioan. 3.
habuerit substantiam huius mundi, & uiderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit uiscera sua ab eo, quomodo charitas dei

 manet

Prou. 19. manet in eo. Fœneratur domino ait Salomon, qui miseretur pauperis. Cui & psalmo-
Psal. 40. graphus subscribit. Beatus qui intelligit super egenum & pauperem in die mala liberabit eū dominus.
Matth. 25 Qui, ut scribitur apud Matthæum, in extremo iudicio exprobrans impijs impietatem, illos in ignem mittet æternum. Contra bonorum laudans pietatem, in regnum cœleste eos recepturus est. Est autem miserum & graue in eo uitio, q̃ auarus etiam sibi nequam est, collectæ pecuniæ seruiens, nec illa utens cū
Eccle. 14. opus sit. De quo Ecclesiasticus. Viro cupido et tenaci sine ratione est substantia, & homini liuido ad quid aurum? Qui aceruat ex animo suo iniustè, alijs congregat, & in bonis illius alius luxuriabitur. Qui sibi nequam est, cui alij bonus erit? & non iocundabitur in bonis suis. Qui sibi inuidet, nihil est illo nequius, & hæc redditio est maliciæ illius. Idemq; monet, ante mortem bene faciendum esse amico. & ante obitum operandam esse iustitiam.

Detentio alieni. Cum quispiam non restituit malè acquisita, aut à se, aut ab ijs qui ea relinquunt. A quo uitio alienum se ostenderat Zacheus ille Euangelicus. Si quid (inquit) a-
Lucæ 19. liquem defraudaui, reddo quadruplum. Huius uitij

uitij arguendi sunt, qui mercedem detinent. Quod fieri uetat illud in Deuteronomio. Nō Deute. 24. negabis mercedem indigentis & pauperis fratris tui siue aduenæ, qui tecum moratur in terra, & intra portas tuas est, sed eadē die reddes ei precium laboris sui ante solis occasum, quia pauper est, & ex eo sustentat animam suam, ne clamet contra te ad dominum, & reputetur tibi in peccatum. Et Iacobus, Ecce Iaco. 5. merces operariorum qui messuerunt regiones uestras quæ fundata est à uobis, clamat, & clamor eorū in aures dñi sabbaoth introiuit.

Cura superflua, Cum quispiam anxiè sollicitus est de futuro, non habita spe in domino qui etiam cœli uolatilia pascit. Ab eo uitio dehortatur Christus. Nolite solliciti esse dicen- Matth. 6. tes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater uester cœlestis, quia omnibus his indigetis. Quærite ergo primum regnum dei, & iustitiam eius, & omnia adijcientur uobis. In quem quidem Deum Petrus 1. Petri 5. Apostolus omnem curam proijciendā esse præcipit, quod ipsi sit cura de nobis. Neq; id mirum, cum uolatilibus cœli prouideat, ut Christus apud Matthæum docet. Respicite uolati- Matth. 6. lia cœli,

lia cœli, quæ nõ serũt, neq; metũt, neq; cõgregãt in horrea, et pater uester cœlestis pascit illa. Nõne uos plures estis illis? Sint igitur mores, sine auaricia contenti præsentibus. Ipse enim dixit, non te deseram, neq; derelinquam. Ita ut confidẽter dicamus, Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo. Id autem uel eò magis faciendum est: partim q̃ sollicitudine nostra nihil efficiemus. Cum (ut Christus docuit) nemo sollicitè cogitans potest adijcere ad staturam suam cubitũ unum. partim q̃ qui uolunt diuites fieri, ait Apostolus, incidunt in tentationem, & laqueum diaboli, & desyderia multa inutilia & nociua quæ homines mergunt ad interitum et perditionẽ. Radix enim malorũ est cupiditas, quam quidam appetentes errauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis.

Hebre. 13.
Iosuæ 1.
Psal. 117.
Matth. 6.
1. Timo. 6

Ex altera specie auariciæ hæc uitia manãt, furtum, rapina, usura, fraudulenta negociatio, Simonia, Quæstus scelestus, corruptio munerum, superflua acquisitio, Proditio, sacrilegiũ, & si qua sunt alia.

uitia ex altera specie auariciæ manantia

Furtum, oculta ablatio rei alienæ, inuito domino, Hoc uetat scriptura. Non furtum facies. Et Tobias, Non licet nobis aut edere ex furto

Leuit. 19.
Deuter. 5.
Tobiæ 2.

furto aliquid, aut contingere. Et Paulus, Qui furabatur, iam non furetur, magis autem laboret operando manibus suis quod bonum est ut habeat unde tribuat necessitatem pacienti.

Ephes. 4.

Rapina. uiolenta ablatio rei alienæ, eaq; iniusta, In laborantes hoc uitio exclamat Esaias. Væ qui prædaris, nonne & ipse prædaberis. Item, dominus ad iudicium ueniet, cũ senioribus populi sui, & principibus eius. Vos enim depasti estis uineam, rapina pauperis in domo uestra. Quare atteritis populum meũ & facies pauperum commolitis dicit dominus deus exercituum. Huc pertinet cum quispiam reperta non reddit. Si quid inuenisti, & non reddidisti, rapuisti, ait Augustinus.

Esaiæ 33.

Vsura, lucrum ex mutuo dato. Hæc sacris literis cauetur. Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi, qui habitat tecum, non urgebis eum quasi exactor, nec usuris opprimes. Item. pecuniam tuam non dabis in usurã. Et Dauid habitaturum in tabernaculo domini ait illũ, qui pecuniã suã non dedit ad usurã. Nihil usuris turpius, nihil crudelius (ait Chrysostomus) Alienas hic negociatur miserias, & lucrum suum, alterius aduersitatem facit: talis est quasi manum suscipiens & in naufragum

Vsura
Exodi 22.
Leuit. 25.
Psal. 14.
sup Matt.

gum impellens.

Negociatio. Fraudulenta negociatio, fraus in emptiõe, uenditione, cæterisq; contractibus. De qua in Deuteronomio. Non habebis in saculo tuo diuersa pondera. maius & minus: nec erit in domo tua modius maior & minor. Pondus habebis iustum & uerum, & modius æqualis & uerus erit tibi, ut multo uiuas tempore super terram quam dominus Deus dederit tibi. Abominatur enim dominus Deus tuus eum qui facit hæc, & auersatur omnem iniustitiam. Deute. 25.

Simonia. Simonia, emptio aut uenditio rei spiritualis à Simone mago dicta. qui donum spiritus sancti (ut in Actibus est Apostolorum) emere uoluit. Atq; propterea audiuit à Petro. Pecunia tua sit tecum in perditionem, quoniam donum dei existimasti pecunia possideri. Nõ est tibi pars neq; sors in sermõe isto, cor enim tuum non est rectum coram Deo, Pœnitentiã itaq; age ab hac nequitia tua, & roga Deum, si forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui, in felle enim amaritudinis, & obligatione iniquitatis te esse uideo. Actu. 8.

Quæstus. Quæstus sceleratus, est lucrum ex re uetita lege, ut est meretricium, sortilegum, alea. De eo Sapientiæ quindecimo. Aestimauerunt lusum esse

sum esse uitam nostram, & conuersationem uitæ compositam ad lucrum, & oportere undecunq; etiam ex malo acquirere. Quæstum meretricium auersatur dominus in Deuteronomio. Non offeres mercedem prostibuli in domo domini tui. Et alibi. Ne prostituas filiã tuam, ne contaminetur terra & impleatur piaculo. De auguribus uero scribitur in Leuitico. Non declinetis ad magos, nec ab ariolis aliquid sciscitemini, ut polluamini per eos. Ego dominus Deus uester. Deute. 23. Leuit. 19.

Superflua acquisitio. De qua Esaias, Væ qui coniungitis domum domui, & agrum agro copulatis, usq; ad terminum loci, nunquid habitabitis uos soli in medio terræ? Esaiæ 5.

Et Paulus. Est magnus quæstus pietas cum sufficientia. Nihil enim intulimus in hũc mundum, haud dubium quod nec auferre quicquam possumus: habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus. Proditio, qua quis propter pecuniam prodit aliquem, aut res eius uel secreta. Eius exemplum est Iudas qui Christum prodidit Iudæis triginta argenteis acceptis. Sacrilegum rei sacræ, aut è loco sacro ablatio. Ob hoc uitium Deus mirabiliter percussit Heliodorum, ut scribitur in libris 1. Timo. 6.

Machabe-

2.Mach.3 Machabeorum, Sed hactenus de uitijs ex fon-
te auariciæ manantibus.

Luxuria à luxo id est soluo deductum no-
men. Est appetitus inordinatus delectationis
carnalis, quamuis & in alijs excessum notet.
Eius species hæ esse dicuntur, fornicatio, stu-
prum, adulterium, incestus, sacrilegium, uitium
contra naturam. & si quæ sunt aliæ.
Fornicatio est concubitus naturalis soluti cum
Ephe.5. soluta, De hac Paulus, Fornicatio, & omnis
immunditia, ne nominetur in uobis, sicut decet
sanctos. Item. Nolite errare, neq; fornicari,
neq; molles, neq; masculorum concubitores
regnum Dei possidebunt. Stuprum, quo mu-
lier uirgo extra matrimoniū defloratur. Hu-
Gene.24. ius exemplum est, inter cætera, in Sichem filio
Nemor, qui Diuā filiam Iacob rapuerat, pro-
pter quod Simeon & Leui plurimos trucida-
Exodi 22. runt Sichimitas. De eo uitio in Exodo scribi-
tur ad eum modum. Si seduxerit quis uirginē
necdum desponsatam, dormieritq; cum ea, do-
tabit eam, & habebit eam uxorem: sin pater
uirginis dare noluerit, reddet pecuniam, iuxta
modū dotis quā uirgines accipere cōsueuerūt.

Adulterium, concubitus cum coniugato seu
Leuit.20. coniugata alteri, De eo in Leuitico scriptum
habetur.

habetur. Si mœchatus quis fuerit cum uxore
alterius, & adulteriū perpetrauerit cum con-
iuge proximi sui, morte moriatur et mœchus,
& adultera. Et Paulus: fornicatores & adul- ad Heb.13
teros iudicabit dominus.

Incestus carnalis cōmixtio inter consangui-
neos et affines, huius exemplum est in Ammon 2.Reg.13
qui suam sororem Thamar stuprabat, atq; ob
hoc postea ab Absolone fratre illius est inter-
fectus. Hoc peccatum cauetur in Leuitico. Qui Leuit.20.
duxerit uxorem fratris, rē facit illicitam, tur-
pitudinem fratris sui reuelauit, absq; liberis
erunt. Qui dormierit cum nouerca sua, &
reuelauerit ignominiam patris sui, morte
moriantur ambo.

Sacrilegum coitus cum persona sacra. A-
pud ethnicos olim quæ uirgo uestalis in eo
scelere deprehensa fuerat, uiua defodiebatur.

Vitium contra naturam, coitus non natu-
ralis ad quem sequi non potest generatio quā
natura intendit. Eius quatuor sunt species, pri-
ma, mollicies, cum procuratur pollutio uene-
rea delectationis causa absq; concubitu. Secū-
da bestialitas concubitus ad rem non eiusdem
speciei, de qua Leuitici uigesimo. Qui cum iu-
mento coierit, morte moriatur. Tertia, Sodo-

mia ad indebitum sexum. Cuius mentio est apud Paulum ad Corinthios Masculorum inquit concubitores. Quarta, Cum non seruatur naturalis modus cōcubendi. Hactenus de speciebus Luxuriæ. Quæ præter id quod Deo odibiles reddit, sensum hebetat, intellectum cōfundit, memoriā obturat, euacuat sensum, obnubilat uisum, hominem pallidum ac fœdum reddit, senectutem inducit, mortem deniq; maturat. ut quidam docet.

1. Cor. 6.

Incōmoda luxuriæ.

Gregoris

Inuidia.

Inuidia est tristicia de alieno bono. Eius duo genera sunt, unum dolere de prosperis. alterum gaudere in aduersis. Inuidiam reijciendam esse à nobis monet Paulus ad Galatas scribens. & Petrus. Cuius incommodū Salomon describit. Vita corporis, sanitas cordis, putredo ossium inuidia. Idemq; monet. In casu inimici non gaudendum esse. Cum ceciderit (inquit) inimicus tuus ne gaudeas, & in ruina eius ne exultet cor tuum, ne forte uideat dominus, & displiceat ei, & auferat ab eo iram suam. Interdum tamen ruina inimici lætificare potest præter amissionem charitatis: & prosperitas contristare, utpote dum eo ruente quosdam bene erigi credimus, aut eidem re prospere cedēte plerosq; iniustè opprimi formidamus

Gala. 5.
1. Petri 2.
Prou. 14.
Prou. 24.

midamus: sic subuerso Pharaone populus Israeliticus canticum cecinit, & Matathias cum suis de prosperitate iniusti Antiochi doluit.

Exo. 15.
1. Mach. 2 & 5.

Ab inuidia proficiscuntur: Detractio, murmuratio, incommunicatio, crudelitas.

Detractio oblocutio ad diminuendam gloriam à benefactis, aut exasperandam inuidiam in malefactis. Hanc fugiendā monet Solomon, Remoue à te os prauum, & labia detrahentia sint procul à te. Et Iacobus. Nolite detrahere alterutrum fratres. De detractione ita Augustinus scribens de conflictu uitiorum & uirtutum. Detractio dicit. Quis potest sustinere, quis potest silentio tegere, quanta ille uel illa committit, nisi forte qui consentit. Libertas iuste increpans respondet, nec tacenda sunt mala proximi, nec illis consentiēdum, sed charitate fraterna in facie proximus redarguendus est. Nonnunquam etiam errata delinquentium ad tempus silentio tegenda sunt, ut apto tempore corrigantur. Detractioni cognata est susurratio, cū quispiam gloriam alterius in occulto minuere studet. De hac Ecclesiasticus Non appelleris susurro in uita, & lingua tua ne capiaris, & confundaris. Susurratori odiū, & inimicitia, et contumelia. Et

Prou. 4.
Iacobi 4.
Augustin.
susurratio
Eccle. 5.

Pro. 26. Solomon. Susurrõe subtracto iurgia cessabũt.
Murmuratio contra Deum, aut quempiam
alium, quòd in alterum bona contulerit. Eius
exemplum est inter cætera, in Maria sorore
Moysis quæ murmurauit contra Moysen di-
Num. 12. cens. Num per solum Moysen locutus est
dominus. nonne et nobis locutus similiter est.
Atq; propter id apparuit Maria candens
lepra quasi nix.

Incommunicatio cum quispiam sua aut ali-
ena bona, communicare alijs non uult, ne inde
proficiant, sicq; ei æquentur. Sapientia ab-
scondita, & thesaurus inuisus, quæ est utili-
Eccle. 41 tas in utrisq;? ait Ecclesiasticus.

Crudelitas, crudele aliquod facinus, ad
Gene. 4. quod inuidia adducit. Eius exemplum est in
Cain, qui inuidia ductus Abel interfecit. Et in
sacerdotibus, qui Christum propter inuidiam
Matth. 27 tradiderunt, ut scribitur apud Matthæum.

Gula. Gula est inordinata concupiscentia cibi &
potus. Quæ quidem non in eo consistit, quòd
cibus suauis suauiter sumitur, quia hoc natu-
rale est: sed in hoc quòd cibus aut potus inor-
dinatè appetitur, utpote propter concupiscẽ-
tiam delectationis, ob quam habendam agi-
mus, aut parati sumus agere, contra præceptũ
Dei come

Dei comedendo prius, crebrius, plus quam o-
portet. Neq; tam substantia & qualitas cibi
seu eius usus in culpa est, quàm immoderata
eius concupiscentia, & modus utendi. Nam
lautiores cibos, plerumq; sine culpa sumimus,
& abiectiores aliquando cum reatu concu-
piscentiæ degustamus. Non enim propter ca-
pum, sed propter pomum, Adam mortem in- Grego. in
currit. Quidam ponunt triplicem gulæ exces- moralibus
sum, Vnum quando tempus præuenitur. Alte- Gulæ ex-
rum quando lautiores cibos appetit quispiam. cessus tri-
Tertium quando nimio appetitu aliquis cupit plex.
aut uorat quoscunq; cibos. De primo illud est
apud Esaiam, Væ qui consurgitis mane ad e- Esaiæ 5.
brietatem sectandam, & potandum usq; ad
uesperam, ut uino æstuetis. Secundi uero exẽ-
plum est in Iudæis qui carnes cupierunt et co-
mederunt, in quorum dentibus adhuc escæ e-
rant, & ecce furor domini, concitatus in po-
pulum percussit cum plaga magna nimis, ut in
Numeris scriptum habetur. De tertio est il- Num. 11.
lud seruatoris, apud Lucam. Attendite uobis Lucæ 21.
ne forte grauentur corda uestra crapula, &
ebrietate, & curis huius uitæ. Et Pauli. Nolite Eph. 5.
inebriari uino, in quo est luxuria.

Gulam comitatur sensuũ hebetudo, scurri- comitãtia
 litas, gulam.

litas, turpiloquium, immundicia.
Pro. 20. De sensuum hebetudine, loquitur Salomō.
Luxuriosa res uinum, & tumultuosa ebrietas,
Oseæ 4. quicunq; his delectatur, non erit sapiens. Et
Oseas, fornicatio, et uinum, & ebrietas auferunt
cor, Proinde Græcis appellatur temperantia σοφροσυνη ὡς σοζουσα την φρονησιν
id est tanq̃ seruans prudentiam.

Scurrilitas. Scurrilitas, seu iocularitas, incōpositus gestus corporis, risum ciens. De qua est illud in
Exodi 32. Exodo. Sedit populus manducare & bibere,
& surrexerunt ludere.

Ephe. 4. De turpiloquio apostolus loquitur. Omnis
sermo spurcus ex ore uestro non procedat.
1. Cor. 15. Corrumpunt bonos mores colloquia praua.

Immunditia, superfluitatum emißio, per uomitum, aut uenerem.

Ira. Ira, est appetitus uindictæ inordinatus. uin-
Vindicta iusta. dicta iusta potest iustè appeti & infligi, ut cū
pater aut præfectus, irascitur filio, aut subdito,
ꝑpter delicta, quæ etiā punit. Quo quidē modo unusquisq; potest irasci iustè uitijs, eorumq́ uindictam appetere, ut scilicet illa corrigantur, sicq; pax & iusticia conseruetur. Talis ira
zelus. secundū ordinem rationis dicitur zelus. Qua-
Nume. 25. lem habuisse Phineem legimus, cum scortum

Madianitidem

Madianitidem interfecit. Qualem Mosen, cum Exodi 32.
de monte descendens, ac animaduertens uitulum conflatilem, tabulas decalogi prefregit.
Quali percitus Dauid, in matutino percutie- Psal. 100.
bāt omnes peccatores terræ, ut disperderet de ciuitate domini, omnes operantes iniquitatē.

Ab ira manant, blasphemia, maledicto, Vitia ab ira manātia
rixa, homicidiū, odiū, & cætera eius generis.

Blasphemia, est cū iratus quispiā, prorūpit blasphæmia.
uerbis in Deum, sicut nautæ plerunq; facere solent. De hoc uitio in Leuitico scribitur. Ho- Leuiti. 24
mo qui maledixerit Deo, portabit peccatum suum, & qui blasphemauerit nomen domini, morte moriatur, lapidibus opprimet eum omnis multitudo populi.

Maledictio, de qua Christus apud Matthæum. Qui dixerit fratri suo racha, reus erit cō- maledctō
cilio. Qui autē fatue, reus erit gehenne ignis. Matth. 5.
Et Paulus. Benedicite persequentibus uos: benedicite & nolite maledicere, Et Petrus. Non Rom. 12.
reddentes malum pro malo, nec maledictum 1. Petri 3.
pro maledicto, Et in Exodo. Principi populi Exodi 22.
tui non maledices.

Rixa, ira prorumpens in exteriorem uim, seu nocumentum ipso facto.

Homicidium. De quo in Exodo. Si quis per Exodi 21.

 industriā

industriam occiderit proximum suum, & per insidias: ab altari meo auelles illum ut moriatur.

Odium ira inueterata. Eo qui persequitur
1. Ioan. 3. fratrem homicida Ioanni dicitur. Omnis (inquit) qui odit fratrem suum homicida est. Quoniam autem uix ulli unquam ira sua uidetur iniusta, ideo si ipsa diutius permaneat facile conuertitur in odium: itaq; non ab re
Ephes. 4. præcipit Apostolus, Sol non occidat supra iracundiam uestram.

acedia Acedia est tedium bene operandi, Dicitur Acedia ab α quod priuationem notat, & κῆδος, id est cura quasi incuria, pigritia: Con-
Eccle. 17. stat ex antedictis, hominem ideo creatum, ut Deum agnosceret, agnitum amaret, illiq; seruiret, in sanctitate, & iustitia, omnibus diebus suis: Proinde qui istuc ipsum facere negligit, uitium acediæ incurrit.

Acediæ filiæ ponuntur à quibusdam, pusillanimitas, torpor, desperatio, rancor, malicia, euagatio mentis.

Pusillanimitas qua homo ex paruitate animi retrahit se à magnis operibus, quibus sibi & alijs prodesset. Contra hunc est illud So-
Prou. 22. lomonis. Dicit piger, leo est foris in medio platearum

platearum, occidendus sum. Idemq; clamat: Prouer. 6
Vade ad formicam ô piger, & disce et considera uias eius, & disce sapientiam, quæ cum non habeat ducem, nec præceptorem, & principem, parat in æstate cibum sibi, & congregat in messe quod comedat.

Torpor est, cum præcepta in totum omittuntur, aut ea remißius adimplentur. De quo Ieremias. Maledictus qui facit opus bonum Iere. 48.
negligenter.

Desperatio recessus à Deo qui summũ bonum. Cuius exemplum est in Iuda & Cain, qui Gene. 4.
dixit, Maior est iniquitas mea quam ut ueniam merear.

Rancor indignatio in eos qui uolunt nos inducere ad bonum. Non amat pestilens eum qui se corripit, nec ad sapientes graditur ait Solomon. Prou. 15.

Malicia detestatio præceptorum Dei, de hac Iob. Qui dixerunt deo, recede à nobis, et Iob 21.
scientiam uiarum tuarum nolumus.

Euagatio mentis, curiositas animi circa mundi uanitates sensibus exterioribus delectabiles. In quo quidem mundo, omne quod est, ait Ioannes, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorũ, & superbia uitæ: atq;

ob id non diligendum mundum, neq; ea quæ in mundo sunt, sed hactenus dictum esto de peccatis capitalibus, speciebusq; eorum quibus contra præcepta Dei delinquimus, cogitatione, locutione, opere, et obmißione, ut ante dictum est. Vix autem aliunde extrinsecus peccamus, quàm per sensus quinq;, utpote audiẽdo, uidendo, gustando, tangendo, olfaciendo. Audit enim auris, & intentiõem nostram inflectit. Videt oculus, & mox concupiscimus. Tactus contingit, & ignem concupiscẽtiæ accendit, Os degustat, et gulam suam explet. Inhalat odor, & cogitationem impedit, Vt uerè
Iere. 9. dicit Ieremias, Ascendit mors per fenestras uestras. Sub prædictis peccatis comprehendũtur & illa, quæ in spiritum sanctum peccata dicuntur: & alia peccata. Numerantur autem
Pctã in spiritũ sctũm peccata, in spiritũ sanctum, desperatio de misericordia Dei, præsumptio de misericordia dei, cum scilicet quispiam absq; timore dei, nimis confidit, Obstinatio in malo, finalis impœnitentia, inuidentia fraternæ uirtutis, impugnatio agnitæ ueritatis, Quæ quidem peccata
Pctã in spiritũ sctũm cur sic dicta. in spiritum sanctum dicuntur, quia directè pugnant contra principia remißonis peccati & consequendæ ueniæ, & gratiæ dei, quæ spiritui sancto

tui sancto peculiariter attribuuntur. Quoniam autem non solum qui iniqua agunt, digni sunt morte, sed etiam qui consentiunt facientibus, ut Paulus ait. Quamobrem & à Roma. 1.
peccatis illis, quæ aliena appellantur, cauendum est. Peccata uero aliena hisce uerbis notãtur. consulo, ut scilicet quis malefaciat, præcipiò, consentio, prouoco, laudo, non retego culpam, non punio, non reprehendo, participo, defendo.

MORS.

Morti dãnationiq; æternę. &c

Mors quadruplex. Mors quadruplex, una animæ, qua anima mori dicitur cum peccat, atq; ita deum deserit, Sicut enim corpus uiuit ex anima: ita anima ut beatius uiuat, uiuit ex Deo. Hac morte Adam mortuus simulatq; gustauit fructum uetitum iuxta illud, In quocunq; die ex eo comederis, morte morieris. Altera mors est corporis, quando anima dissoluitur à corpore. Hanc mortem cum prima, Christus notauit, cum dixit adolescenti uolẽti prius sepelire parentes suos, deinde illum sequi, Sine mortuos sepelire mortuos suos. Vbi mortui

Aug. quæstione 32. ad Orosiũ. Gene. 2. Matth. 8.

secundum

secundum animam, mortuos secundum carnē sepelire iubentur. Tertia mors est solius animæ, quam dū ex hoc corpore exierit, patitur.
Lucæ 16. Secundum illud, quod de diuite legimus. Pater Abraham (inquit diues) mitte Lazarum ut digito suo refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Quarta mors, cum anima recipiet corpus ut in ignem mittatur æternum,
Matth. 25 Secundum illud quod dominus ait de futuro iudicio. Ite in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Primam igitur mortem, hæc posterior triplex subsecuta est, Sūtq;
Sex incōmoda quæ originale pctūm sequuntur. in summa sex incommoda, quæ per peccatum Adæ incurrimus, carentiam innocentiæ, et gratiæ dei: immundiciam propter peccatum: iram Dei, seruitutem peccati, potestatem diaboli, reatum ad mortem. Cæterum à seruitute peccati proficiscitur, ut in multis cæcutiamus, labamur, deficiamus, uincamur, & uolentes nolentes, in aliquibus seruiamus legi peccati quæ est in membris nostris, Hanc seruitutem,
Roma. 7. ab eaq; liberationem expreßit Paulus. Condelector legi dei secūdum interiorem hominē. Video aūt aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Miser

Miser ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia dei per Iesum Christum. Hæc ille.

Redacti sub iugum. &c.

Potestas Diaboli. Propter peccatum Adæ, habuit diabolus potestatem quandā in hominem, non iure acquisitam, sed nequiter usurpatam, iustè tamen à Deo ei permissam. Quam quidem potestatem, & captiuitatem nostram, sub eo ostendit Christus cum eum appellauit principem huius mundi, & fortem armatum custodientem atrium suum, possessoremq; uasorum. Nam si diaboli atrium mundus erat, & uasa homines, & ille princeps mundi: dominabatur utiq; ille aliquo modo in hominibus. Et cum se solum Christus exceperit dicens. Venit princeps mūdi huius, & in me non habet quicq̄: insinuauit profecto in reliquos homines, aliquam potestatem dæmoni fuisse. Ab hac potestate à deo liberatos, nos docet Paulus. Qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis suæ, in quo habemus redemptionem, & remißionem peccatorum. Et rursus de Christo. Delens quod aduersum nos erat chirographū decreti, quod erat contrarium

Lucæ 11.
Colosen. 1
Colosen. 2

rium nobis, tulit de medio, affigens illud cruci,
& expolians principatus, & potestates tra-
duxit confidenter palam, Hanc potestatem &
prophetæ tradiderant, cum Christum sub no-
mine saluatoris promittebant, Exulta satis (in-
Zacha. 9. quit Zacharias) filia Sion, iubila filia Ierusalē,
Matth. 21 Ecce Rex tuus uenit tibi iustus, et saluator. Et
Zacha. 9. idem propheta seruatorem alloquitur. Tu
quoq; in sanguine testamenti tui, emisisti uin-
Potestas ctos tuos, de lacu in quo non est aqua. Cæte-
diaboli du rum potestas hæc duplex esse perhibetur, una
plex. qua diabolus in orignali uel mortali peccato
existentes, retruderet in locum in quem mittū-
tur hi, qui nō sunt futuri hæredes regni cœle-
stis. Altera potestas, qua manētes in orignali
peccato, uel mortali, decipere potest frequēti-
us, & in peccata teterrima facilius inflectere.

PROMISSVS Christus.

Porro Deus qui diues in mi- sericordia. &c.

Non propter cuiusquā merita, sed pro-
pter misericordiam suā, et charitatē,
Deus pollicitus est se missurū filium seruatorē,
qui homines fideles mundaret à peccato, &
liberaret

liberaret à tyrannide diaboli. De qua re Pau- Ephe. 2.
lus. Deus qui diues est in misericordia, pro-
pter nimiam charitatem suam qua dilexit
nos, & cum essemus mortui, conuiuifica-
uit nos Christo, cuius gratia estis saluati, &
conresuscitauit, & consedere fœcit in cœlesti-
bus in Christo Iesu, ut ostenderet in seculis su-
peruenientibus, abundantes diuitias gratiæ su-
æ, in bonitate super uos in Christo Iesu. Gra-
tia enim Dei saluati estis per fidem, & hoc nō
ex uobis, Dei enim donum est, non ex operi-
bus, ne quis glorietur. hæc ille. Est autem hæc
promißio facta simulatq; peccauit Adam. de
qua in Genesi. Inimicitias ponam (ait Deus Gene. 3.
ad serpentem) inter te & mulierem, & semen
tuum & semen illius: ipsum (scilicet semen qui
est Christus Iesus) conteret caput tuum. Ipsum
enim habet textus hebraicus. Estq; sæpius re-
petita hæc promißio tempore legis naturæ, &
legis scriptæ. Nam ut scribitur in genesi capite
duodecimo, dixit Deus ad Abraham. In te
benedicentur uniuersæ cognationes terræ. Et
uigesimo secundo. Benedicentur (inquit) in se-
mine tuo omnes gentes terræ. Et uigesimo sexto
loquitur ad Isaac. Benedicentur in semine tuo
omnes gentes terræ, Et ad Iacob dixit uigesi-
mo octauo

mo octauo, Benedicentur in te & in semine
tuo cunctæ tribus terræ. Qui quidem Iacob
Genesis quadragesimo nono prædixit, tam diu
Iudaica duratura, et principes Iudæorū, quo=
ad Christus ueniret. Non auferetur, inquit, sce=
ptrum de Iuda donec ueniat qui mittendus est,
ipse erit expectatio gentium. Porro has pro=
missiones de Christo intelligendas esse, uel ex
illo Zachariæ cōuinci potest quod habetur a=
Lucæ 1. pud Lucam. Benedictus dn̄s deus Israël quia
uisitauit, & fecit redemptionem plebis suæ. Et
erexit cornu salutis nobis in domo Dauid pu
eri sui. Sicut locutus est per os sanctorum qui
à seculo sunt prophetarum eius. Salutem ex
inimicis nostris & de manu omnium qui ode=
runt nos. Ad faciendam misericordiam cum
patribus nostris & memorari testamenti sui
sancti. Iusiurandum quod iurauit ad Abraham
patrem nostrum, daturum se nobis. Hoc ipsum
Canticum indicat & uirgo Maria in cantico cum di=
Mariæ. ceret, Suscepit Israël puerum suum, recorda=
tus misericordiæ suæ. Sicut locutus est ad pa=
tres nostros Abraham & semini eius in secu=
Gala. 3. la. Quin & Paulus ad Galatas scribens has
promissiones de Christo intelligi, explicat.
ꝓmiss. Tempore uero legis scriptæ, hanc promissi=
d' chrō onem
tpe legis.

onem esse repetitam liquet. Nam in Deutero= Deut. 14.
nomio scribitur, Prophetam de gente tua, &
de fratribus tuis, sicut me suscitabit tibi domi=
nus deus tuus, ipsum audies. Cuius prophetiæ
Philippus mentionē facit apud Ioannem. Ste= Ioan. 1.
phanus quoq; in Actibus Apostolorum. Et Da Actuū 7.
uidi manifestissimum est, promissionem hanc
esse factam, ut habetur secundi Regum septi=
mo. Ipse ædificabit domum nomini meo (ait
Dominus ad Dauid) & stabiliam thronum
regni eius, usq; in sempiternum. Ego ei ero in
patrem, & ipse mihi erit in filium, Cuius pro=
missionis meminit Paulus ad Hebræos. Quæ Hebr. 1.
quidem promissio perfecta est, Christo rege
cœlitum, atq; hominum constituto. Vnde & i=
pse Dauid eam pollicitationem magnificat di= Psal. 131.
cens. Iurauit Dominus Dauid ueritatem, &
non frustrabitur eum, de fructu uentris tui po
nam super sedem tuam: Et eandem promissi=
onem uidetur confirmasse Deus Solomoni, cū 2. Para. 7.
diceret, Tu quoq; si ambulaueris coram me,
sicut ambulauit pater tuus, in simplicitate cor=
dis, & æquitate, & feceris omnia quæ præce=
pi tibi, & iudicia mea, & legittima mea ser=
uaueris: ponam thronum regni tui super Is=
raël in sempiternū, sicut locutus sum patri tuo

David dicens. Non auferetur uir de genere tuo de solio Israël. Videturq; Gabriel angelus has & similes promißiones de Christo docuisse exponere, cum Mariæ dixit. Dabit illi Dominus sedem patris Dauid eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Explicuit enim in his per Christum filium Dauid futurum fuisse perpetuum regnũ ipsius Dauidis super Israël, et non alios. Nam solum regnum Christi prædixerant prophetæ futurũ esse sempiternum. Proinde & Mattheus euangelista, generationem Christi describens, uocat Christum filium Dauid & Abraham, quòd scilicet sit de semine eius oriundus, secundum promißionem Dei, quod probat recensens catalogum generationis eius. Quin & per prophetas aduentũ filij sui deus prædixit. Vnde Petrus dixit omnes prophetas testimonium huic perhibere, remißionem peccatorum accipere per nomen eius, omnes qui credunt in eum. Et Paulus, euangelium, hoc est, bonum & salubre nuncium, dicit promissum à Deo per prophetas suos in scripturis sanctis. Et alibi ait, Christum fuisse ministrum circumcisionis, ad confirmandas promißiones patrũ. Sed neq; solum aduentus filij dei prædictus à prophetis

Luca 1.

Genealogia Christi quam describit Matthæus.

Aduẽtũ Christi prædixere ꝓphetæ.

Actu 10

Roma. 1.

Roma. 15

Quæ de CHRISTO prædixere prophetæ

phetis, sed tempus, locus, modusq; natiuitatis eius, resq; per illum gestæ. De tempore quidẽ natiuitatis est uaticinium Iacob. Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec ueniat qui mittendus est, ipse erit expectatio gentium. Quibus uerbis indicat tam diu duraturos principes Iudæorum, quoad Christus ueniret, Quod quidem factum. Nam Christus natus sub Herode Ascalomita, qui fauore ducum Romanorum, transtulit in se regnum Iudæorum, cum esset exterus idumæus. Et quãuis ante natum Iesum Machabæi tenuerunt res Iudaicas, qui fuerunt ex tribu Leui: tamen ex materno genere fuerunt de Iuda: tribus autẽ pontificalis & regalis fuerunt commistæ, ut liquet ex quarto libro Regum, cap. 11. Et quãuis Iudæi quidam, prophetiam hanc interpræ tantur de Nabuchodonozor rege Babilonio rum, qui ut ipsi dicunt, propter peccata populi, ad totius terræ illius perditionem atq; ad regni ablationem à Deo missus fuit. Tunc enim (ut aiunt) interfecto Sedekia rege, qui ex tribu Iuda erat, ac filijs eius, regnum Iuda omnino defecit. Tamen falluntur, Nam ut ait Rabbi Selomo, referente Galatino, sceptrum de domo Iuda per Babilonicam captiuitatem

Gene. 49.

Tẽpus natiuitatis christi

Matth. 2.

Machabæi.

Galatinus li. 4. c. 4.

Prima expositio Iudeorum eadẽq; falsa prophetiæ Iacob d'Christo Gene. 42.

Rabbi Selomo.

non fuit ablatum. Quia tunc non omnes Sanhedrin, id est, iudices ordinarij, qui capita Iudæorum erant, à Nabuchodonozor interfecti fuerunt, multiq; eorum in Babiloniam descẽderunt, ibiq; iuxta eorum legem, ac mores, ex consensu regis Chaldæorum, causas iudicabant, ut midras sir haßirim, id est expositio cantici canticorum manifestè confirmat, super dictum illud, dilectus meus descendit ad hortũ suum. Vbi & Targum dicit dominum descendisse in Babiloniam ad sapientes Sanhedrin, Targum autem Iudæi appellant translationem ueteris testamenti in linguam Chaldaicam, factam à Ionatha Hillelio auditore et condiscipulo Simeonis iusti, qui Christum infantulum suscepit in ulnas. Ea quidem translatio tantæ est apud Iudæos authoritatis, ut non solum ei nemo contradicere non audeat, sed non minus quoq; fidei, quàm textui omnes adhibeant. Iã quod alij pro nomine proprio loci accipientes dictionem Hebræam Silo, Iacob prophetiã: donec ueniat Silo, interpretãtur de Saul, qui electus in regem, uenit ungendus in Silo, ubi domini erat arca, in qua unctio seruabatur: & tunc sceptrum, quod pro quodam primatu accipitur, & eatenus in tribu Iuda fuerat,

Targũ liber Iudæorum.

Secunda expositio ꝓphetiæ Iacob de Christo falsa.

rat, ex ipsa tribu amotum fuisse dicunt ad tribum Beniamin, de qua erat ipse Saul. Constat eorum expositionem falsam esse. tum quia ante Saulis electionem. arca domini in qua unctio seruabatur, iam à Silo in Cariathiarim transportata fuerat (ut patet 1. Regũ cap. 7.) 1. Reg. 7. & ex eo consequenti Saul non in Silo, sed in Cariathiarim unctus fuit: tum etiam quia immediatè post Saulem, imo adhuc ipso Saule regnante, Dauid, qui primus ex tribu Iuda regnauit, fuit rex institutus, atq; à Samuele sacerdote unctus. Quare minime uerisimile uidetur, ut tunc sceptrum de tribu Iuda ablatum fuerit. Sed neq; eorum apparet ueram expositionem esse qui Silo, pro loco accipientes, dicunt hanc prophetiam de Ieroboam intelligendam esse, qui de tribu Ephraim oriundus erat. Nam cum decem tribus ob duram responsionem à Roboam rege, Solomonis filio, populo datam, à regno Iuda discessissent, ipsum Ieroboam regem sibi elegerunt, & tunc à Iuda sceptrum ablatum dicunt, atq; ad tribum Ephraim translatum, ex quo erat Ieroboam rex quem in Silo coronatum dicunt, iuxta prophetiam Iacob. Atqui decem tribuum congregatio, quæ Ieroboam sibi regem constituit, non in Silo

Tertia Expositio Iudeorum prophetiæ Iacob de Christo.

in Silo, sed in Sichem facta fuit, ut ex tertio libro Regum, cap. 12. apertè colligitur. Praeterea nō fuit tum regnum à domo Iuda amotum, Nam ex ea tribu reges per haereditariam successionem, usq; ad Babilonicam captiuitatem, per annos fermè quadringentos nonaginta & duos, sine intermissione fuerunt, & illi soli reges censebantur, cum & in regia urbe Ierusalem regnarent, & per unctionē quae in templo erat instituerentur. Ad tempus praefinitum, aduentus Christi pertinent septuaginta hebdomadae, apud Danielem. Nunc egressus sum ut docerem te (ait angelus ad Danielem) & intelligeres. Ab exordio precum tuarum egressus est sermo. Ego autem ueni ut indicarem tibi, quia uir desyderiorum es. Tu ergo animaduerte sermonem, & intellige uisionē. Septuaginta hebdomadae abbreuiatae sunt, super populum tuum, & super urbem sanctā tuam, ut consumetur praeuaricatio, & finem accipiat peccatū, & deleatur iniquitas, ut adducatur iustitia sempiterna, & impleatur uisio, & prophetia, & ungatur sanctus sanctorū. Scito ergo, & animaduerte ab exitu sermonis, ut iterum aedificetur Ierusalem, usq; ad Christum ducem, hebdomades septem, & hebdomades

Septuaginta hebdomadae Daniel. 9.

domades sexaginta duae erunt, & rursum aedificabitur platea, & muri, in angustia temporum. Et post hebdomadas sexaginta duas occidetur Christus, & non erit populus, qui eum negaturus est, & ciuitatē & sanctuarium dissipabit populus cum duce uenturo. Et finis eius uastitas, & post finem belli, statua desolationis. Confirmabit autem pactum multis, hebdomada una, & in dimidio hebdomadis deficiet hostia, & sacrificium. Et erit in templo abominatio desolationis, et usq; ad finem, perseuerabit desolatio, Ita Daniel. Quorum uerborum explanationē à peritis linguae Hebraeae datam adiungam, si prius de acceptione hebdomadae dixero. Hebdomada dupliciter accipitur in sacris. Primo pro spacio septem dierum, ut in Leuitico habetur. Vbi dicitur septē hebdomadas esse à festo paschae, ad diem festum pentecostes, quae quadraginta nouem dies faciunt, & quinquagesima die festum pentecostes. Secundo accipitur hebdomada, pro septē annorum curriculo, ut est illud Leuitici. Numerabis tibi septem hebdomadas annorum, id est, septies septē annos, quae simul faciunt quadraginta nouem. In qua significatione accipitur hebdomada in prophetia Danielis. Cuius

Explanatio pphetiae Dani. ex Galati.

Leui. 23.

Hebdomadae significatio in sacris.

Leuit. 25.

 quidem

quidem prophetiæ est hæc explanatio. Cum Danieli quintum regnum Meßiæ, quod fine nunquam cariturũ erat, & per somniũ Nabuchodonozor, et per uisiones quas ipsemet uiderat, reuelatum fuisset. Cumq; ipse Daniel de bello Gog, & Magog, id est, antichristi, post quod Israëlis saluãdæ sunt reliquiæ, præuidisset, atq; ipsius Dei uerba apud Ieremiam, reuersionẽ Israël ex Babilonica captiuitate pollicentis, secum mente expenderet, horum mysteriorum processus summopere intelligere cupiebat. Quamobrem sese orationi dedit, deum toto corde deprecans, ut eius desyderio responderet. Proinde angelus dicit se esse missum à conspectu Dei, ut doceret intellectionẽ dei mysteriorum, quæ tantopere scire desyderabat. Dicit igitur hebdomadas septuaginta abbreuiatas esse, hoc est, quadringentos nonaginta annos præfinitos, determinatos, à deo scilicet (Iuxta enim Hebraicam ueritatẽ præfinitæ hebdomadæ dicendum est, non abbreuiatæ) ad delendum originale peccatum, et iniquitatem totius mundi, et ad adducendam iusticiam sempiternam, hoc est, legem euangelicam, quæ iusticiam omnium seculorum contẽtura erat, & à Meßia dari debebat: & ad implendam

Iere. 29. & 30.

implendam uisionem & prophetiam, quæ scilicet de Meßia loquebatur, per cuius aduentũ prophetia & uisio implenda erat: & ad ungendum sanctum sanctorum, id est Meßiam. Deinde angelus ostendit ex quo tempore initium harum hebdomadarum sumendum esset: ab eo tempore scilicet, quo ex ore Ieremiæ egressum est dei uerbũ de reditu populi ex captiuitate Babilonica, et reædificanda urbe Ierusalem. Quod factum, anno quarto regni Sedekiæ regis, regni uero Nabuchodonozor duodecimo. Tunc enim exierat uerbum ex ore Ieremiæ, quòd expletis septuaginta annis Babilonicæ seruitutis, populus reuersurus esset. Diuidit autem angelus septuaginta hebdomadas in tres partes, idq; propter specialia opera, quæ in unaquaq; harum partium fieri debebant: in septem hebdomadas, quæ constituunt quadraginta nouem annos: in sexaginta duas: quæ cõplectuntur quadringentos triginta quatuor annos: & in unam, quæ continet septem annos. Sunt itaq; omnes anni quadringenti nonaginta. Deinde ea quæ in primis sex hebdomadibus futura erant insinuare uolens, ait: rursum ædificabitur platea, id est, urbs Ierusalem, quam ob sui amplitudinem plateam

Ierem. 29. & 30.

Ierem. 28.

 uocauit:

uocauit: sed in angustia temporum (inquit) finitimas ob gentes, à quibus Iudæi aßiduis bellis uexandi erant, ut Esdras & Nehemias attestantur. Sequitur in textu. Et post hebdomadas sexaginta duas occidetur Christus. Quod autem in æditione nostra est. Et non erit populus eius, qui eum negaturus est. in Hebræo est Veen loi, & non ei, hoc est. Non erit ei, quod perfidi Iudæi existimabant, ut uidelicet crucifixus occumbat & postea non resurgat. Deinde angelus ostendit dißipationem Ierosolymæ, quæ à Tito facta est. Et quamuis hoc infra hebdomadas istas non accidit, sed annis quadraginta post elapsis: tamen ideo angelus, mox ut de nece Meßiæ locutus est, illud adiecit, ut in mortis Meßiæ pœnam Iudæis euẽturam ostenderet. Postremo insinuat, quomodo in una hebdomada, id est, septem annis confirmaturus erat Meßias pactum, id est, legem euangelicam. Tres enim anni illi cum dimidio, quibus Christus docuit, & tres alij cũ dimidio, quibus postea apostoli in Iudæa prædicauerunt, hebdomadam unam perficiunt, in qua Meßias per se primum, et deinde per discipulos suos opere & uerbo legem suam cõfirmaturus erat. Saluator namq; ipse triginta

annos

annos natus, baptismum suscepit, & inde usq; ad eius paßionem, tres anni ferè cum dimidio præterierunt, quibus Iudæam & Galilæam perambulans docuit. Et quia in dimidio huius nouißimæ hebdomadæ, Meßias mortem obiturus erat, per quem omnia ueteris legis sacrificia finem habitura erant, quæ præfigurassent uerum, illud sacrificium, quod Meßias ipse suum sanctißimũ corpus in ara crucis offerens, pro peccatorum humanorum remißione, facturus erat: Ideo angelus addidit. In dimidio hebdomadis deficiet hostia, & sacrificium, & erit abominatio desolationis. Cuius abominatonis facit mentionem Christus apud Matthæum. Cum uideritis abominationem desolationis quæ dicta est à Daniele propheta stantem in loco sancto. Sed hactenus de explanatione prophetiæ Danielis. Quod autem tempus præfixum septuaginta hebdomadarũ, secundum supputationem Hebræorum in Christo Iesu præcisè impletũ sit, sic colligitur à quibusdam. Quarto Sedekiæ regis anno, uerbũ de populi reditu, deque Ierusalem & templi reædificatione est egressum, ex ore Ieremiæ. Quartus autem Sedekiæ annus fuit duodecimus Nabuchodonozor: Sedekias quippe un-

decim

Math. 24

Supputatio. septuaginta hebdomadarũ Danielis, ex Galatino, & alijs.

decim regnauit annos (ut habetur quarto libro regum cap. 24. et Ieremiæ quinquagesimo secundo) cum capta fuit Ierosolima, & templum, anno scilicet Nabuchodozor decimo et nono, ut liquet ex prædictis locis. Cum autem Nabuchodonozor regnauit annis quadraginta quinq; (ut Hebræi ex scriptura colligũt) cuius anno decimo nono, ac mense quinto, ut dictum est, templum dirutum fuit: certè manifestum erit, Nabuchodonozor regnasse annos triginta quatuor, ab eo tempore, quo egressum uerbum ex ore Ieremiæ de reædificatione templi. Quorum & si unus imperfectus sit, cũ tamẽ maiorem anni partem habuerit, pro integro computatur. Deinde de his triginta quatuor annis, quibus Nabuchodonozor regnauit si addantur uiginti tres anni quibus regnauit Euilmerodach filius eius, erunt quinquaginta septẽ anni. Quibus si tres ipsius Baltazar filij Euilmerodach iungantur, sexaginta habentur anni: his quoq; si duo anni Darij, & triginta quibus Cyrus nepos eius regnauit accedant, anni erunt nonaginta duo. Porro si istis & anni quatuordecim Assueri, & sex Darij, sub quo structura templi consumata est, adiungantur: clarum est quòd ab egressu uerbi

4. Regum. 25.

Metasthenes facit plures reges Babel quàm qui q;. Sed Daniel tantum tres nominat. Et Ieremias 27. dicit. Seruiẽt regi Babel & filio ei9, et filio filij ei9.

sæpius dicti usq; ad templi secundi completionem, secundum Iudæorum scripturas, centum & duodecim anni fluxerunt. Quibus si addantur anni quadringenti uiginti, quibus templum secundum constitisse indubitanter à Iudæis asseritur, habebuntur ab egressu uerbi ex ore Ieremiæ de reædificanda Ierusalem, usq; ad eiusdem templi excidium & urbis, anni quingenti triginta duo. De quibus si quadraginta duo, qui post Christum passum præterierunt subtrahantur, anni quadringenti nonaginta remanebunt, qui septuaginta hebdomadas Danielis perficiunt.

Affricanus (ut refert Diuus Hieronymus) à uicesimo anno Artaxerxis regis (à quo Nehemias impetratis literis ad præfectos adijt Ierusalem, & ciuitatem refecit) usq; ad Christum dit compleri hebdomadas septuaginta iuxta lunarem hebræorum supputationem: qui mẽses non iuxta solis, sed iuxta lunæ cursum numerant. Nam à centesimo & quindecimo anno regni Persarũ (inquit) quando Artaxerxes Rex eiusdem imperij uicesimum regni sui habebat annum, et erat octogesimæ tertiæ Olympiadis annus quartus, usq; ad ducentesimã secundam Olympiadem: & secundum eiusdem Olympiadis

Hiero. in Dani.
Supputatio hebdomadarum Danielis ab Africano data.

Olympiadis annum, Tiberijq; Cæsaris annum quintumdecimũ colliguntur anni quadringẽti septuaginta quinq; per singulas Olympiades quadriennio supputato, qui faciũt annos Hebraicos quadringentos nonaginta iuxta lunares menses, qui secundum illorum supputationem possunt facere per singulos menses, dies uigintinouẽ et semissem, ita ut solis circulus per annos quadringentos nonaginta, plus habeat dies trecentos sexaginta quinq;, & quartam diei partem: & per duodecim menses singulorum annorum undecim dies, & quarta diei pars amplius reperiatur. Vnde Græci et Iudæi per octo annos trium mensium embolismos faciunt. Si enim octies undecim, & quartam partem uolueris supputare, nonaginta dies, hoc est, tres menses efficies, & in quadringentis septuaginta quinq; annis octonarij, reperientur anni quinquaginta nouem & menses tres, qui simul faciunt plus minusue annos quindecim: quos si quadringentis septuaginta quinq; annis uolueris addere, septuaginta annorum facies hebdomadas, hoc est, simul annos quadringentos nonaginta. Hæc Affricanus referente Hieronymo. Eusebius inter cæteras interpretationes 70. hebdomadorum Danielis,

Eusebi. in chronicis. Actu. l. 8. Demõstratiões Euã.

Danielis, ait. Si quis à trigesimo anno Artaxerxis Persarum regis, quo Nehemiam cõsumasse Ierusalem Esdras memorat, hebdomadas à Daniele scriptas numerat, quæ faciunt annos 490. reperiet eas in regno Neronis expletas, sub quo Ierusalem obsideri cæpta est, secundo Vespasiani anno capta, Nam circiter 87. Olympiadem Nehemiæ factum memoratur, Nero uero circiter 208. Olympiadem regnauit. per singulas igitur Olympiades quadriennio supputato, proueniet numerus hebdomadarum.

Quidam hebdomadas à Daniele scriptas sic supputant. Sumunt inicium hebdomadarum ab anno secundo Darij Longimani, nam tum temporis Aggæus & Zacharias prophetarunt, de reparãda Ierosolyma sine aliquo impedimento, & de hoc uerbo, id est, de hac reuelatione uerba angeli intelligunt apud Danielem, nihilq; pertinet illud uerbum Ieremiæ de desolatione Ierusalem ad hoc uerbum, de quo Daniel nouam accepit reuelationem post finitos 70. ãnos captiuitatis Babilonicæ: quos quidem completos esse anno secundo Darij, constat ex Zachariæ cap. primo. Vbi inter cætera angelus dicit. Is iam est annus septuagesimus,

Alia supputatõ 70 hebdomadarũ Danielis à Dario data. Daniel. 9. Ierem. 25.

ſimus, ſcilicet deſolationis Ieruſalem à Iere-
miæ prædictæ. Qui quidem anni ſeptuaginta
ſumpſerunt initium à deſtructa Ieruſalem, ut
apertè colligi poteſt ex capite ultimo ſecundi
Paralipomenon. præterea cum anno ſecundo
Darij præceperat idem publico edicto ne im-
pedirentur Iudæi ab inſtituto opere templi æ-
dificandi et urbis (ut ſcribitur lib. 1. Eſdræ cap.
6.) conſonum eſt ut 70. hebdomadæ Danielis
ſumant inicium ab eo anno. Quamuis autem
Cyrus primo imperij ſui anno permiſerat Iu-
dæis templum ædificare, tamen intermiſſum
erat opus mandante Artaxerxe & non fiebat
uſq; ad annum ſecundum regni Darij regis
Perſarum, ut ſcriptum habetur 1. Esdræ cap.
4, cuius quidem Darij regni anno ſexto per-
fectum eſt templum, Vt idem Esdras teſtatur
cap. 6. lib. 1. Ex hac opinione, inquit Euſe-
Hiero. in bius, referente, Hieronymo Iudæi in Euange-
Danielem lio loquuntur ad dominum apud Ioannem.
10.2. Quadraginta & ſex annis ædificatum eſt tē-
plum hoc & tu in tribus diebus ſuſcitabis il-
lud. Tot enim ſunt anni (inquit) à primo an-
no Cyri regis uſq; ad ſextum annū Darij re-
gis, ſub quo templi opus omne completum eſt.
porro Ioſephus & alios tres annos addidit,
in quibus

in quibus quædam alia quæ remanſerant per-
fecta ſunt, qui additi quadraginta ſex annis,
faciunt annos quadraginta nouem, id eſt, ſe-
ptem annorum hebdomadas. Dat igitur an-
gelus ſeptem hebdomadas, hoc eſt, quadra-
ginta nouem annos reparationi Ieruſalem.
Tot enim annis ab anno 2 Darij uix eſt re-
ſtituta Ieruſalem, ita ut plateam, et foſſam ha-
beret, id eſt, ut haberet politiam conſtitutam
in platea & pace.

Deinde poſt ſexaginta duas hebdomadas
dicit occidendum Chriſtum, quæ quidem heb-
domadæ conſtituunt 434. annos, qui ſimul iū-
cti cum 49 ſeu 7 hebdomadis, faciunt 483
annos, poſt quos occiſus Chriſtus ſtatim in
principio ſequentis anni qui eſt primus ulti-
mæ hebdomadis & initium 34 anni ætatis
Chriſti, Sic autem colliguntur anni hi. Dari-
us regnauit 37 annos cuius regni anno ſecun-
do ſumunt initium 70 hebdomadæ Danielis,
ut oſtenſum eſt. Darius nothus decem & no-
uem, Artaxerxes Memnon 55. Ochus 26. Ar-
ſames uel Arſes 4. Darius ultimus 6. Sum-
ma omnium annorum 145. Cæterum de re-
gibus Perſarum inter hiſtorias eſt diſſonantia.
Eam tamen rectè Carion concordat in Chro-
K nico,

nico. Porro post ultimum Darium Alexander Magnus regnauit, à cuius initio usq; ad Antiochum Epiphanem sunt anni 137. ut scriptũ habetur Machabæorũ primo capite primo, hi anni si addãtur 145 annis, erunt 282. nono autem anno Epiphanis incepit Iudas Machabeus, ut colligere est, ex 1 Machabæorum cap. 2, præfuit uero Iudas annis quinq;, quem per succeßiõem præfecti Iudæorum sunt secuti regnantes his annis. Ionatham annis 19. Simõ annis 7. Iohannes Hircanus 26. Aristobulus unum. Alexander crudelis 27. Alexandra uxor 9. Hircanus iunior à Parthis captus 34. Herodes Idumæus 37. cuius anno 30 natus Christus Augusti Cæsaris anno 42. ut Matthæus meminit. Summa annorum à nono anno, Epiphanis ad Christum natum anni 158. qui si addantur 284 annis, erunt 450. A Christo autem nato ad baptismum eius 30 anni, qui baptismus fuit anno quindecimo Tyberij Cæsaris, ut Lucas scribit, qui quidem Tyberius succeßit Augusto qui regnauit annos 56. Si igitur 30 anni addantur 450, erunt 480. & his si addantur tres, quibus Christus docuit, erunt 483. qui constituunt 69 hebdomadas, post quas occisus Christus, ut Danieli prædictũ

Lucæ 3.

eli prædictum est, scilicet in principio 34 anni ætatis Christi. In dimidio autem hebdomadis. ut ait angelus, cecidit sacrificium & oblatio, dum fere 3 anno post resurrectionem in concilio Apostolorum publico decreto, lex abrogatur, & libertas promulgatur à lege ut scribitur Actuum 15. Sunt aliæ supputatiões 70 hebdomadarum Danielis quas breuitatis causa missas facio quarum plures ponit inter cæteras Hieronymus in Danielis cap. 9. & alij. Cum igitur post tempus prædictum nullus præter dominum Iesum tunc, siue postea hucusq; extiterit qui ea signa & prodigia fecisset quæ uero Meßiæ conuenirent, consentaneum est Iesum Nazarenum uerum Meßiam esse, etiãsi temporis ratio ad singula minuta minus quadret. Quam miserè igitur sunt Iudæi excæcati, qui hebdomadarum saluberrimam promißionem tam stultè abijciunt. Nam sicut Ieremias promißione 70 annorum sustentauit populum in captiuitate, ut scirent certam esse redemptionem ab illa calamitate: ita cum futurum esset, ut post reditum à captiuitate, non multo leuioribus calamitatibus uexarentur (nam in Babilone certè magnificentius sunt honorati tam per reges, quàm per prophetas

excellentißimos, Danielem, & cæteros) dat eis deus solatium promittẽs, non amplius duratura ista mala quàm 70 hebdomadas: tunc affore ipsis Christum qui finem faciat æterna redemptione omnibus malis. Ipsi uero finem hebdomadarum faciunt initium expectandi Christi.

Falsus meßias.

Quidam autem olim cernentes tempora Meßiæ uenturi præteriisse se Meßiã esse affirmarunt, ueluti inter cæteros quidam Iudæus qui Beucosba uel Barcosba appellatus, cui Iudæi cum adhæsissent, Romanis rebellarunt, ad quos expugnandos missus fuit Flauius Vespasianus cum Tito filio, qui Ierusalem cinxerant in die solenni paschæ quando ex omni Iudæa populi conuenerant, iusto scilicet dei iudicio tempore hoc ultionis electo: ut qui in diebus paschæ saluatorẽ suũ cruentis manibus & sacrilegis uocibus uiolarant, in ipsis diebus uelut in unũ carcerẽ multitudo conclusa feralis pœnæ exitiũ quod merebatur exciperet. Et sicut tribus annis cum dimidio quibus Christus docuerat dei gratiã contempserant: ita tribus annis cum dimidio eos Romani principes obsidione atrocißima afflixerunt, & postea ceperunt. Tanta autem multitudo teste Iosepho

Multitudo prostratorum Iudæorũ.

prostratorum erat, ut undecies centena milia perempta fuisse dicantur, adeò ut mortuorum corpora muris ciuitatis æquarentur. Tanta quoq; uilitas in eodẽ populo fuit, ut quiuis uno argenteo dato, trigınta sibi emeret Iudæos.

Clades Iudæorum tpe Adriani.

Anno item ab excidio urbis Ierosolymæ quadragesimo octauo cum dimidio transacto, Iudæi ciuitatem Bitter sibi metropolim fecerunt, ibiq; alium falsum Meßiam sibi præfecerunt. Cumq; aduersus Romanorum imperium rebellassent, postea ab Adriano Cæsare, cum falso Meßia capti sunt cum maxima eorum strage.

Rabbinorũ figmẽta.

Rabbini uero Iudæorum conuicti oraculis euidentibus, ad figmenta sua confugiunt, dicẽtes natum quidem Meßiam sub Herode, sed propter peccata occultari ut alij dicunt, in Syon cum angelis, ut alij ultra montes Caspios: ut alij per orbem mendicare, proditurum se cum erit Deo uisum. Ac ne in Christi tempora conferatur prædictio Iacob, confingunt Iudæi se regnum habere ultra montes Caspios, septum undiq; montibus, qui transcendi non possunt. Sed ne tam licenter mendacia sua obtruderẽt, redarguunt eos prophetæ eorum ut Oseas capite tertio. Dies multos sedebunt filij Israël sine rege, & sine principe, & sine sacrificio.

Oseæ 3.

Quam prophetiam ad hæc tempora referrẽ debere manifestum est, quia in Babilone, nec omnino multis annis manserunt, nec defuerũt eis principes. Nunc uero neq; regem habent, neq; principem, neq; sacrificium. Sed hactenus de tempore aduentus Meßiæ prædicto.

Locus natiuitatis Meßiæ.

Locum natiuitatis Meßiæ prædixit Micheas capite quinto. Ex te egredietur qui sit dominator in Israél: & egressus eius ab initio à diebus æternitatis. Quam prophetiam protulerunt in medium scribæ, sciscitante ab eis Herode, ubi Christus nasceretur, ut scribit Matthæus euangelista. (Matth. 2.)

Modum natiuitatis Christi, ex uirgine spiritu sancto, concepti prædixit Isaias. (Isaiæ 7.) Ecce uirgo concipiet, & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emmanuel, cuius prophetiæ meminit Matthæus. (Matth. 1.) Iudæi dicunt in Hebræo esse alma, quod adolescentulam significat, quo nomine significatur tam corrupta quàm uirgo. aiuntq; ipsi, si de uirginis conceptu propheta loqueretur, dixisset: ecce bethula, id est, uirgo. Non autem: ecce alma. Sed impiè & imperitè id ab eis asseritur, Nam ut periti linguæ Hebrææ docent. Alma significat iuuenculam, & uirginem incorruptam, quod & ipsum uoca-

Alma Hebræis quid significet.

bulum indicat, deriuatur enim alma à uerbo alam, quod abscondere significat: Sunt autem apud Hebræos nomina tria naara, betula, alma, quorum primum respectum solum ætatis habens, significat adulescẽtulam, seu puellam, tàm uirginem, quàm corruptam. Secundum autem ad uirginitatem respectum habens, significat uirginem siue adulescentula sit, siue anus. Tertium autem ad utrumq; respectum habens ad adolescentiam scilicet, & uirginitatem: & adulescentulam & uirginem designat. Quamobrem apud Hebræos alma significat adulescentulam, aspectibus hominum absconditam, occultam, & intactam omnino, de cuius pudicicia nullum sit dubium, maximè cũ præponitur ei articulus, qui apud Hebræos est he qui dictionem determinate significat. hoc nomine appellata est Rebecca in Genesi, Quæ dum alma uocata est, uirgo erat, atq; intacta, ut patet ex contextu, qui ibidem de ea sic loquitur. Virgo & incognita uiro. Et nisi peperisset uirgo, quomodo futurum erat signum & admirabile. Dicit enim Isaias. Propter hoc dabit dominus ipse uobis signum. Et statim addit. Ecce uirgo concipiet. &c. Alioqui si non pareret uirgo, signum non esset. Hanc natiuita-

Naara betula. Gene. 24. Isaiæ 7.

Ierem,31. natiuitatem Christi prædixit & Ieremias.
Creauit dominus nouum super terram, fœmina circumdabit uirum, id est, deum: ut & ipsi ueteres Iudæi interpretantur, ut refert Galatinus. Et certè si non de uiro illo magno, atq; admirabili, qui in se diuinitatem continet, intelligeretur, quid poterit dici ineptius, aut puerilius? cum omnis uir de fœmina nascitur.

Circũcisio. Puer octauo die circumcisus, et uocatus Iesus, quod nomen illi, angelus à deo missus imponendum mandauerat, priusquam in utero cõciperetur: De quo nomine Esaias uaticinatus Esaiæ 62. erat, uocabitur tibi nomen nouum, quod os domini nominauit. Dicuntur quidem multi fuisse hoc nomine uocati, uerum periti linguæ Hebrææ asserũt non omnino nomine Iesus sed Iehosua appellatos fuisse. Et ut maxime eo nomine nominati fuissent, quemadmodum aliqui tradunt: nouum tamen id nomen in Christo fuit ratione effectus, cum nullum nomen

Act. 4. (ut Petrus ait) sub cœlo datum est hominibus, in quo nos opporteat saluos fieri nisi Iesu Christi Nazareni. Post dies quadraginta oblatus in templum, quod Aggæus prædixerat.

Agga 2. Veniet desyderatus cunctis gentibus, & implebo domum istam gloria dicit dominus ex-

ercituum.

ercituum. Magna erit gloria domus istius nouissimæ, plus quam primæ. hæc ille. Quæ quidem gloria, ad Messiæ aduentum pertinet, qui præsentia sua, amplius & augustius reddidit templum Solomonis. Non enim melius fuit constructũ templum Solomonis posterius priore, id quod uel ex eo liquet, quòd apud Esdram legitur, senes Babilone redeuntes, cum prioris templi meminissent, structuramq; templi inter se compararent illachrymasse atque ingemuisse. Quod si spectetur author, maior est prioris gloria, illius enim fuit Solomon: huius autem Zorobabel, & Iesus filius Iosedech. Sin opus & templi uasa, nihil fuerunt omnia præ prioribus. Sacrificia autem in prima domo multo plura, & quod ad rem magis facit sanctiora, & quæ signis euidentibus approbarentur, ut igne cœlitus misso ad consumptionem holocaustorum: Numerantur autem signa plura quæ in domo sanctuarij fuerunt,

Non abortiuit mulier propter nidorem carnium sanctuarij. Neq; carnes sanctuarij fetebant unquam, Nec uisa fuit musca in macello templi. Neq; contigit accidens sacerdoti magno in die propitiationis. Stantes angusti erant, procidentes ut adorarent spatiosi. Nunquam Galat. 1. 4 Signa sanctuarij

extinxerunt ignem lignorum præparationis.
Neq; uentus uicit columnam fumi, illa enim
flantibus uentis sursum recta ascendebat. Fra-
gmenta uasorum fictilium à locis suis absor-
Psal. 73. bebantur, de his signis illud in psalmo. Signa
nostra non uidimus, non est ultra propheta.

Abductus erat Iesus à parentibus in Aegy-
ptum ad Herodis sæuiciam deuitandam, ubi
mansit annis plus minus decem, unde post re-
uocatus, & Nazareth mansit: de qua quidem
reuocatione & mansione prophetas uaticina-
Matth. 2. tos fuisse Matthæus scribit: de reuocatione
Ad Pauli- Hieronymus extare uaticinium ait apud Ose-
num. am: de mansione uero apud Esaiam. Vita
autem Christi tota inter pauperes, & homi-
nes simplici ac demisso corde transacta est, in
prædicando, in languoribus curandis, quod
Esaiæ 61. Esaias prædixerat: Spiritus (inquit) domini
super me, propter quod unxit me, euangeliza-
re pauperibus misit me, sanare contritos cor-
de, prædicare captiuis redemptionem, & cæ-
cis uisum, dimittere confractos in remissionē,
prædicare annum domini acceptum, & diem
retributionis. Quam prophetiam in se com-
Lucæ 4. pletam fuisse testatur ipse Christus apud Lu-
cam.

Appetente

Appetente autem supplicij tempore, Hie-
rosolymam est ingressus asino insidens, cui ob-
uiam turba processit, & regis pompa illum
excepit, de quo est illud Zachariæ testante Zacha. 9.
Matthæo. dicite filiæ Syon ecce rex tuus uenit Matth. 21
tibi mansuetus sedens super asinam & pullum
filium subiugalis. Et quamuis est cuiusuis asino
uehi, sed non cuiusuis ita mouere animos to-
tius multitudinis, ut recipiatur more regio. Et
hoc est magnum illud quod in prophetia con-
tinetur quum filiæ Ierusalem promittitur rex
suus mansuetus asinæ insidens. Et cum uiam
ueræ pietatis ostenderet, multaq; diceret in e-
os, qui pro diuinis legibus, traditiões suas po-
pulo seruandas proponerēt, atrox inuidia Iu-
dæorum in illum exarsit, qua adducti illum Ioseph. 18.
dandum neci constituerunt, id quod & Iose-
phus tradit. Sed cum esset maximæ æstimatio-
nis uulgo, non temere in illum manus aude-
bāt inijcere, obseruata est occasio qua id pos-
sit tute fieri: unus ex illius discipulis trignta
argenteis illum prodidit, quod non tacuerunt
prophetæ: Dicit enim zacharias, & appen- Zach. 11.
derunt mercedem meam trignta argenteis,
Quibus quidē argenteis à Iuda in templo pro
iectis, Iudæi emerunt agrum figuli, in sepul-
turam

turam peregrinorum cuius rei prophetia ex-
27. tat apud Zachariam. Et Matthæus eius pro-
phetiæ citat authorem Hieremiam. Quæ etsi
non reperiatur apud Hieremiam, dicit tamen
Hieronymus se in quodam uolumine Hebræo
legisse, quod illi Nazareæ sectæ Hebræus ob-
tulerat.

Captus à Iudæis, desertus est à suis omni-
Zacha.13 bus, de quo Zacharias. Percutiam pastorem,
& dispergentur oues gregis. Cuius prophetiæ
Matth.26 meminit Christus apud Matthæum. Affixus
cruci & eleuatus, quasi ostensus omnibus gen-
tibus ad salutem intuentium, & confidentium.
Cuius rei præcesserat figura in ueteri lege, do-
Ioan. 3. cente Christo apud Ioannem, Sicut Moyses ex-
altauit serpentem in deserto, ita exaltari o-
portet filium hominis. ut omnis qui credit in
eum non pereat, sed habeat uitam æternam.
Psal. 21. Et apud psalmographum extat ea de re uati-
cinium. Foderunt inquit manus meas, & pe-
des meos, dinumerauerunt omnia ossa mea.
Quem locum Iudæi corruperunt in exempla-
ribus recentioribus, nam pro caru, id est, fo-
derunt, caari posuerunt, id est, sicut leo. Ve-
rum in antiquis est aliter, quod indicant et se-
ptuaginta interpretes, Qui uerterunt sic ὤ-
ρυξαν

ρυξαν χεῖρας μȣ καί πόδας μȣ, hoc
est, foderunt manus meas & pedes meos,
Quin & translatio Chaldaica qua Iudæi u-
tuntur, & æthiopes, sic habet, ut Galatinus lib.8.
refert.

Pendente illo in cruce quæ acciderũt pro-
phetæ non tacuere. Alij conuicia iecerunt in
illum, quod præuidit Oseas, ego redemi eos, Oseæ 7.
& ipsi contra me locuti sunt mendacia, Et Psal. 21.
psalmographus. Aperuerunt super me os su-
um, sicut leo rapiens, & rugiens. Alij pota-
runt illum aceto: quod in psalmo prædictum Psal. 68.
fuit. Dederunt in escam meam fel, & in siti
mea potauerunt me aceto.

Milites item super uestem eius sortiti sunt.
Quod futurum scriptura prædixerat docente Psal. 21.
Ioanne. Partiti sunt uestimenta mea sibi, & su- Ioan. 19.
per uestem meam miserunt sortem.

Latus mortui apertum lancea, quod euen-
turũ significarat propheta, Videbunt in quem Zacha. 12
transfixerunt. Cuius prophetiæ Ioannes euan- Ioan. 19.
gelista meminit.

Extra castra crucifixus est Christus, quod
hostia illa, de qua in Numeris habetur, figu- Nume. 19
rabat, quæ extra castra immolabatur. Et ille Hebræ. 13
agnus quem iubebantur Iudæi ex Aegypto e-
gressuri

Exo. 12. gressuri comedere stantes celeriter, supplicium domini, eiusq; supplicij celeritatem figurabat. Nec est ouum tam ouo simile, quod dicitur, quàm agnus ille paschalis seruatori nostro Iesu Christo. Erat enim masculus, sine macula, & sanguine illius tinctæ fores habitatorum, à plaga tuebantur. Nihil erat ex eo edendum crudum, nec aqua coctum, sed igne assum. Nulla dominici corporis pars, non est ingentibus facibus doloris assa atq; exusta. Vorauerunt eum filij Isráél cum lactucis agrestibus, hoc est, animo amarissimo: & immolatus est à cuncta multitudine filiorum Isráélis, quod factum Ierosolymis.

Confixæ sunt clauis manus & pedes illius, latus uero lancea perforatum, os tamen in eo
Ioan. 19. confractum non est. Cuius figuræ Ioannes euangelista mentionem facit. Nec uescitur ex agno isto immundus & incircumcisus, sed circumcisus id est, animo purgatus, & receptus in familiam domini per fidem. Postremo eodem die imolatus quo agnus solitus erat imolari umbra & imago istius corporis. Et quemadmodum agni illius sacrificium gratum fuit domino, & post illud eductus est populus ex Aegypto: ita per Christi sacrificium recociliatum

ciliatum

ciliatum est genus humanum Deo, & ex diabolica captiuitate assertum in libertatem.

Passionem domini inter cæteros prophetas distincte persequitur Isaias in quinquagesimo capite, & quinquagisimo tertio, & alijs, ut non sicut propheta prædicere futura, sed res gestas tanquam Euangelista narrare uideatur. Quamuis Iudæi uerba Esaiæ prædictis capitibus, de populo Isráélitico, intelligenda esse affirmant quasi de uno loquatur, sicut & in quarto dicit, filius meus primogenitus Isráél: tamen id falsum esse liquet ex contextu prophetæ. Licet enim afflictus sit populus Isráéliticus in captiuitate: non tamen propter iniquitates gentium. Præterea quod dicitur, non est inuentus in ore eius dolus, id de populo Isráélitico intelligi non potest. Iudæorum falsa interpretatio.

Depositus Christus de cruce, situs est in sepulchro in quo cum corpus mansit, anima descendit in eum locum ubi patres asseruabantur liberandi per sacrificium mortis, De qua re
Zachariæ uaticinatus erat, Tu quoq; in sanguine testaměti tui emisisti uinctos tuos de lacu Zacha. 9.
in quo non erat aqua. Et in psalmo quindecimo de Christi descensu ad inferos illincq; reditu prophetia extat, ut Petrus testatur. Non Psal. 15.

derelinques

Actuum 2. derelinques animam meam in inferno. Tertio die tandem resurrexit, incorrupta carne exi-
Psalm. 15. stente, iuxta uaticinium David. Nec dabis sanctum tuũ uidere corruptionem, quod de Chri-
Actuũ. 2. sto intelligitur, ut testatur Petrus. Non aũt de David qui in sepulchro corruptus est. Tridu-
Ionæ 2. ana autẽ domini mors præsignata per Ionam
Matth. 2. prophetam docente domino. Sicut (inquit) Ionas fuit in uentre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus. Quod quidem per Sinechdochen intelligendum est, qua pars pro toto ponitur, quæ locutio est frequens in sacris literis.

Ascendit in cœlum post quadraginta dies à resurrectione intra quos seipsum discipulis su-
Actuũ. 1. is uiuum præbuit, in multis argumentis apparens eis, & loquens de regno dei. De hac a-
Ephe. 4 scensione, testante Paulo, loquitur psalmus.
Psal. 67. Ascendisti in altum cæpisti captiuitatem. Sed hactenus de uaticinijs de Christo in testamento ueteri contentis pro compendio, non re ipsa quæ amplißima est, dixisse sufficiat.

Quorsum figuræ & prophetiæ ueteris testamenti. Voluit autem Deus ea quæ in testamento nouo acta sunt, præfigurata esse, & prædicta multis ante seculis in ueteri testamento, à pro-

phetis, propter

phetis, propter confirmandam fidem christianam. Et quemadmodum prudens architectus, fundamenta firma quæ ferendæ structuræ sufficerent, locat, alioqui superstructum corrueret. Non omnino dißimili ratione deus structuram testamenti noui constituturus, fundamenta illius firmißima iecit. Ea siquidem quæ testamenti noui sunt, multis ante seculis quàm acta sunt, figuris adumbrata à prophetis sanctis prædicta esse uoluit. Quorum omnium ubi quis nihil non euenisse, postea perspexisset, fidem christianã in dubium minime uocare posset, cum hoc factum non opis humanæ, sed diuinæ sit. Hinc illud seruatoris ad apostolos. Ioan. 14.
Nunc dico uobis priusq̃ fiat, ut cum factum fuerit credatis. Sed neq; solum uates christiani, uerum & gentilium de Christo multa prædixere, quemadmodum ecclesia canit, si non suis uatibus credat, uel gentilibus Sibyllinis uersibus hæc prædicta, fuere enim mulieres quæ de Christo multa prædixerunt Sibyllæ appel- Sibillæ
latæ, quasi consilium Dei, ut Lactantius inter- Lactã. lib.
pretatur. Inter quas fuit Erithrea Sibylla (ut 1. cap. 6.
meminit Augustinus) quæ uersibus Grecis, qui Cap. 23. li.
& hodiæ extant, multa prædixit de Christo: 18. de ci-
in quorum uersuum capitibus sunt literæ quæ uitate dei.

hæc uerba constituunt ἰησοῦς χριστὸς θεοῦ υἱὸς σωτὴρ id est, Iesus Christus dei filius seruator. Præterea cum aduentus Christi uniuerso hominum generi necessarius fuit, uoluit hūc Deus esse prædictum quò præcedentes expectarent cum fiducia, proximi pararent sese, præsentes agnoscerent, sequentes euenisse iam crederent, ne quem præteriret aut falleret ea medicina quæ saluti omnium in commune promebatur. Nihil enim tristius uel acerbius quàm graui morbo teneri, medicinam autem ignorare. Non enim quisquam præter istam fidem quæ est in Christo Iesu, siue ante eius incarnationem, siue postea reconciliatus sit deo, cum sit ab Apostolo ueracißimè definitum, unus Deus & unus mediator dei et hominum, homo Christus Iesus. Sed hactenus de promißione Meßiæ, deinceps de lege dicendum est.

Aduentus Christi cur prædictus.

August. in psal. 108.

1 ad Tit. 2

LEX

Interim uero dum expectabatur. &c.

Causæ legis datæ.

TRes præcipuæ causæ legis à Deo latæ describuntur. Vna, ut uulnera ostenderet peccatorum; quæ gratia dei per Christum sanarentur.

Altera ut scelera manifesta quæ ab hominibus dißimulabātur, comprimerētur. Tertia, ut esset regula bene uiuendi, iustificatis per fidem, præsertim moralis, quæ in decalogo cōtinetur. De prima Paulus loquitur ad Romanos, Per legem agnitio peccati. Et iterū. Peccatum non cognoui nisi per legem. Nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret. Non concupisces. Non quòd ante legem concupiscentia non esset peccatum, sed quod lateret. Sine lege, (inquit Apostolus) peccatum mortuum erat. Ego autem uiuebam sine lege aliquando, sed cum uenisset mandatum peccatum reuixit. Transfigurat enim apostolus in se hominem qui est ante legem, & sub lege positus. Sine lege peccatum mortuum est, id est occultatum, quod uelut mortuum putatur: Et ego uiuebam sine lege, id est nullo peccati metu terrebar, quia non apparebat peccatum, cum lex non esset: adueniente autem mandato peccatum reuixit, id est, peccatum quod latebat ante prohibitionem, notum factum est, seu apparuit per præuaricationem. fuit enim ante legē peccatū, sed non imputabatur apud homines. Lex ergo neq; peccatum proprie operatur, aut inserit, quia iusta et sancta est (ut Apostolus ait)

Roma. 3.

Roma. 7.

1.Tim. 1. lus ait) si quis ea legittime utatur: neq; pecca-
tum proprie extirpat & uiuificat, sed tantum
ostendit, idq; eo fine ut animam humanam qua
si de innocentia securam ipsa demonstratio-
ne peccati ream faciat, quò tandem illa, intel-
ligens peccatum sine gratia uinci nō posse re-
atus sollicitudine ad percipiendā gratiam pro-
missi mediatoris conuertatur. Quod exemplo
speculi indicari potest. Speculum nobis turpi-
tudinem seu maculam nullam adfigit uel adi-
mit, sed tantum ostendit, ut deformitate nostra
(quam ipsi nobis adimere non possumus) cō-
moniti ac cōturbati ad eum, qui eiusmodi de-
formitati mederi possit, confugiamus: sic deus
per legem ostendit homini infirmitatem suam,
eo scilicet fine, ut iam suæ sibi infirmitatis con
scius ad eius misericordiam per fidem confu-
giens sanetur. In quam sententiam dixit Pau-
Rom. 11. lus. Conclusit deus omnes sub peccato, ut om-
Roma. 5. nium misereatur. Item. Lex subintrauit, ut a-
Altera causa latæ legis. bundaret delictum. De altera causa latæ legis, 1.Ti
idem Paulus ita scriptum reliquit. Lex iusto mo
non est posita, sed iniustis, & non subditis,
impijs & peccatoribus, sceleratis & contami-
natis patricidis & matricidis, homicidis, for-
nicarijs, masculorum concubitoribus, plagia-
rijs, mē

rijs, mendacibus & periuris. Et alibi. Lex Gala. 3.
pædagogus noster fuit ad Christū. Nam quē-
admodū pædagogus per ferulam et disciplinā
correctionis, pueros ad scientiæ perfectionem
adducit: sic lex à malo coërcendo, & nostram
nobis infirmitatem demonstrādo, nos ad Ch-
ristum mittit. De tertia autem causa legis à Psal. 118.
Deo promulgatæ, ait Psalmographus. Lucer-
na pedibus meis uerbum tuum domine, & lu- Mar. 19.
men semitis meis. Idipsum & Christus osten-
dit, cum adolescenti interroganti, quid agendū
illi sit, ut uitam æternam consequatur, respon-
dit. Si uis ad uitā ingredi, serua mandata dei.
Nam quamuis iustificati ab onere legis, liberi
sint, quia scilicet per legem non terrentur, cō-
turbantur, aut damnantur, Tamen ab obedien
tia legis liberi non sunt, immo gratia iustifi-
cationis in ipsis iam facit & operatur, ut le-
gem uoluntarie impleant. Lex enim ante iu-
stificationem similis erat ei, qui claudo mon-
stret iter, facultatem autem perueniendi illuc
non conferat. Quamobrem grauiter errarūt Pelagiani
Pelagiani, asserentes homines suis uiribus le-
gem adimplere posse, eo ipso euacuantes cru-
cem, & redemptionem per Christum. Nam ut Gala. 2.
Paulus ait, Si per legem iustificatio, ergo Chri-

stus frustra mortuus est. Sed legis definitionem & diuisionem persequamur, ut hæc quæ dicta sunt, rectius percipiantur. Lex generale nomen à delectu dictum. Quo nomine omnis institutio quam secuti eligimus quod faciamus, & contrarium uitemus, communi appellatione lex dici potest. Sic accepta lex diuiditur in diuinam, humanam, & diabolicam. Diuina item in naturalem, & scriptam. Scripta in ueterem & nouam. Vetus in moralem, iudicialem, & ceremonialem. Quanq̃ alij aliter diuidunt legem ueterem, ut post dicetur.

Lex q̃s tuplex

Lex diuina.

Lex diuina est, per quam accepta, pro captu nostro dei noticia, de Dei uoluntate docemur, requirens in nobis perfectam obedientiam erga deum, qua nos totos submittamus diuinæ uoluntati, ac damnans eos, qui non præstant hanc perfectam obedientiam. Hæc est enim propria uis legis diuinæ, siue scripta sit, siue non scripta. De non scripta Paulus ad eum modum inquit. Cum gentes quæ legem nõ habent, naturaliter quæ legis sunt faciunt, eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium illis reddẽte conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationibus accusantibus

Romo. 2.

cusantibus, aut etiam defendentibus: De scripta uero. diliges dñm deum tuũ, ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, & ex tota mẽte tua.

Lex humana, quæ & ius ciuile appellatur, est ordinatio publica præcipiens de factis externis, honorem deferens operibus extrinsecus bonis, & pœnam irrogans externis malefactis, ut pax ciuilis seruetur: Differt hoc maxime lex humana à diuina, quòd humana externam, sed diuina internam iusticiam requirat, id est, mentem, & uoluntatem consentientem legi dei, qua deum uerè ex animo timeamus, & ex toto corde diligamus, omni fiducia in eum coniecta, proximum uero nostrum perinde ac nos ipsos syncero dilectionis affectu cõplectamur. Et quanq̃ lex humana nihil ferè præcipiat de iusticia interiori, quam Deus requirit: tamen quatenus ad finem suum refertur, donum dei est deo placens. Quamobrem diuus Paulus ait, Oportere omnem animam potestatibus sublimioribus ob id subditam esse, quòd nõ sit potestas nisi à Deo. Ideoq; subdit. Qui potestati resistit, dei ordinationi resistit. Idemq; alibi orare iubet pro magistratibus, ut tranquillam & quietam uitam agamus, in omni pietate, et castitate. hic enim est finis legis humanæ

Lex humana.

differẽtia legis diuinæ et humanæ.

Roma. 13.

1. Tim. 2.

humanæ, à quo si aberrauerit, (aberrat autem quum quidpiam contra deum, aut dei mandatum apertè iubet) tum demum audienda non est, quòd, ut Petrus ait, plus oporteat Deo obedire quàm hominibus. Est autem lex humana ueluti media inter diabolicam et humanã, quæ quanto magis ad Diuinam accedit, tanto sanctior ac melior est, quanto rursus ad diaboli legem deflectitur, deterior.

Actuum 5

Lex diabolica.

Lex uero diabolica est, cuius author est Sathanas, princeps & author malorum. Non quòd sit ulla substantia per se mala, sed quòd sicut ipse Sathanas bene conditus à Deo, sua peruersa uoluntate degenerauit in malum: ita res alias à Deo bene conditas, quantum potest, uiciat & corrumpit, maxime uero homines quos lege sua, legi diuinæ contraria ad peccandum solicitat. Primi autem parentes nostri, quamdiu libero arbitrio, & lumine illo mẽti humanæ, diuinitus indito bene usi sunt: sub lege diuina tantũ fuerunt, qua duce etiam potuissent per superadditam gratiam perfecte obedire Deo, quod scilicet nullam in se dissensionis materiam, aut pugnam sentirent concupiscentiæ et rationis. At postq̃ diabolus in paradiso legem aliam, diuinæ illi legi (quæ erat

Primi parentes.

de non

de non edendo ex ligno scientiæ boni et mali) omnino contrariã ipsis proposuisset ac suggeßisset, cum diceret. Comedite, si comederitis non moriemini, sed eritis sicut Dij, ipsiq; malè creduli ac miserè seducti, magis elegissent assentiri diabolo mendaci, quàm Deo uero: protinus in eis obscuratum est lumen illud noticiæ Dei diuinitus infusum: proindeq; mox ubi præceptum Dei transgreßi sunt, peccatum uelut ægritudo quædam lætalis eos inuasit, & mors ipsa protinus concepta, ac illa uis, qua ante peccatũ mens corpori dominabatur, repente uiciata est, succedente lege concupiscentiæ carnalis, deinceps per Adam in omnes homines deriuata, quæ est omnium peccatorum omnisq; rebellionis contra Deum amarißima radix. In hac peccati lege cum concipiamur et nascamur, ferimus nobiscum Dei ignorantiã, seu saltem obscuram noticiam, diffidentiam, & rebellionem contra Deum. Quo fit ut nemo non cum Paulo dicere cogatur. Inuenio legem uolenti mihi facere bonum, quoniam mihi malum adiacet: Condelector enim legi Dei secũdum interiorem hominem, uideo autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mẽtis meæ, & captiuantem me in lege peccati, Roma. 7.

 quæ est

quæ est in mēbris meis, per hanc legem factus est diabolus princeps mundi, ut ante dictū est.

Lex naturæ. Lex naturæ in hominibus, est noticia illa de Deo, & de Dei uoluntate, quæ conditis nobis menti nostræ est per deum indita. Hæc, ut proximè dictum est, ante præuaricationem diuini præcepti, per lumen illud diuinitus insitum, tam erat certa & dilucida, ut si uoluisset homo, potuisset Deo, per gratiam sibi in hoc suppeditatam, obedire. Verum post præuaricationem, hoc lumen cum Diaboli suggestione, tum nostro uitio, non aliter obrutum est & obscu-

Similitudo ratum, quàm fieri uidemus in oculo saucio, purus enim & syncerus oculus, suo munere perfungitur. Quod si in eum puluis irruat, aut fumus uehemens, uel pituita immigret, statim sordidus fit, ac saucius, purgandus prius antequā recte uidere rursus possit. Non secus lumen illud naturæ menti primi hominis infusum, etsi

Lumē leges naturæ quomō obscuratum. peccato succedente non penitus extinctum, mirum tamen in modum obtenebratum fuit, adeoquē ut quidam philosophorum gentilium Deum in dubium uocarent, alij uero excluderent, ut Diagoras, atq; ob hoc atheos dictus, quasi sine Deo. Monarchæ item, quorum imperio mundus regebatur, statuas ex ære factas, aut ligno

celatas

celatas, pro dijs colerent, præterea serpentes & cæteras eius generis bestias. De qua re illud est psalmographi, Simulachra gentium Psal. 113. argentum & aurum, opera manuum hominū, Os habent & non loquentur, oculos habent et non uidebunt. &c. Et Pauli ad Romanos. Roma. 1. Mutauerunt gloriam incorruptibilis dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & uolucrum, & quadrupedum, & serpentium. Porro ignoratio hæc summi dei quæ terras omnes execrādis errorum ambagibus implicuit, à Cham Noë filio orta esse creditur,

ignoratio dei summi unā pcessit.

qui non accepto ritu colendi ueri dei, profugus à patre consedit cum uxore & liberis in ea parte Arabiæ, quæ ab ipsius nomine, nomen postea sortita est. Quæ res effecit, ut cum procedente tempore, alij post alios ex ea terra, uelut in colonias missi, diuersa loca tenuissent (creuit enim supra modum abdicata soboles) in errores inciderunt inextricabiles. Qui in Aegyptum primo transiuerant, cœlestium luminum motum, pulchritudinemq; mirati quæ eo intentius ab illis seruabātur, quò sereniores sunt in ea terra, quàm alibi tempestates, solem & lunam uelut certum illis inesset numen, pro dijs colere cæperūt, Isidem hanc, illum Osirim Isis Osiris.

nominā-

nominantes. Inde eò processit humana temeritas, ut ignem, aëra, mare, terram, cæterasq; mundi partes, quæ ad rerum procreationes attinent, uelut suum omnibus inesset numen, diuinitatis nominibus consecrauerit, hinc uitalis spiritus Iuppiter dictus, ignis Vulcanus, pallas æther, tellus Ceres, aliáq; alijs nominibus. Postremo tantum sibi furor hominum indulsit, ut mortalium quibusdam qui homines consilio, opibus, utilibus inuentis, doctrina excoluissent, diuinos honores decernere non dubitauerint, hinc Apollo, Mars, Ceres, Hercules, Romulus, & alij id genus, in deorum numerum sunt relati. Nec tenebræ illæ rerum, tantum ex Aegypto profectæ, sed quascunq; à principio terras tenuerunt, à Cham procreati, ueræ pietatis ignoratio cæpit. Cæterum nulla unquam terra plurium fuit coloniarum mater quàm Arabiæ pars illa quam Chamus paterna domo profugus insedit. Tantam humano generi cladem, intempestiuum unius attulit exilium. Contra Semi & Iaphetis, reliquorum scilicet Noe filiorum prognati, legittime à maioribus instituti, modicis finibus contenti, haud tam late ut illi sunt per omnes terras euagati. Quo accidit ut ueri dei cultus apud unam duntaxat gentem,

Cultus ueri dei apud Iudæos.

gentem, ad Meßiæ usq; tempora in occulto fuerit, ab Habraam Isaac patre, gens nomen sortita est, atq; Hebræi primo dicti, mox & Iudæi à Iuda Israelis filio Habraami pronepote. Aurelius Augustinus ab Hebero: qui ex Noë atnepotibus unus fuit, Heberos primo, mox Hebræos nominatos author est. De noticia Dei apud solos Iudæos, ad Meßiæ tempora obseruata, est illud apud psalmographum. Notus in Iudæa Deus, in Isráél magnum nomen eius.

Aug. li. 2. retractationum.

Psal. 75.

Lex scripta est, quæ per Moysen & per Christum data est, Nec quæ per Christum lata, noua lex dicitur, quæ est euangelium, eadem et nouum testamentum, & lex spiritus, & lex gratiæ appellatur. Illa uero quæ per Moysen promulgata est, lex uetus, lex literæ, lex timoris, & testamentum uetus dicitur. Euangelij uocabulum Græcum est, significans bonum nuncium, quo nomine testamentum nouum aptissimè nominatur, quippe quo annunciatur per fidem in Christum, gratis peccata nobis condonari, solui inimicitiam inter Deum & hominem, donari nobis spiritum sanctum nos innouantem, deniq; uitam æternam, quibus sanè rebus nihil utilius, nihil lætius est. Atq; ob id iure

LEX scripta & eius nomina

Euangelium.

iure lex gratiæ, lex spiritus dicitur. Quemadmodum contra uetus appellatur lex literæ, lex timoris, quòd illi defuit spiritus uiuificans, seu gratia adiuuans. Porro testamenti nomine lex uetus & noua dicitur metaphoricè. Quēadmodum enim testamentum ante mortem testatoris non intelligitur, quia obsignatum est. At ubi testator mortem obierit, aperitur, & quid in eo contineatur, innotèscit: pari ratione mortuo Christo utriusq; testamenti testatore, scripturæ quæ Christum uenturū & passurū nunciabant, patefactæ sunt, omnibus uidelicet quæ præfigurata et prædicta fuerunt de Christo impletis. Id quod factum esse designauit uelum templi scissum à summo deorsum. Vetus namq; testamentum, maxima ex parte, est promißio de Christo, nouū uero quod docet promißionem hanc de Christo impletam esse. Cur autem ea quæ testamenti noui sunt, multis ante seculis præfigurata & prædicta esse Deus uoluit, ante dictum est. Quo fit ut euangelium non tantum in noui sed et in ueteris testamenti libris, & uicißim lex non tantum in legalibus, sed & in euangelicis scripturis reperiatur. Vnde Paulus. Euangelium (inquit) Dei quod ante promiserat, Deus scilicet, per prophetas

Testamenti nomini cur sacra scriptura appelletur.

Lactā.ca. 20.l.quarti.

Vetus testamentum & nouum quid sit.

Euangelium in ueteri lege

Roma. 1.

phetas suos in scripturis sanctis de filio suo. Estq; unum et idem euangelium in quo omnes sancti & pij ab initio mundi sunt saluati. Habuerunt enim patres eundem spiritū fidei nobiscum per quem sunt saluati, quemadmodum apostolus ait: habentes eundem spiritum fidei, sicut & illi, secundum quod scriptum est, Credidi propter quod locutus sum. Et nos credimus propter quod & loquimur. Quod & Christus testatur cum ait. Abraham pater uester concupiuit uidere diem meum, uidit & gauisus est. Sunt autem testamenti noui libri hi. Euangelium Matthæi, Marci, Lucæ, Ioannis, Actus apostolorum à Luca conscripti, Epistolæ Pauli quatuordecim, ad Romanos una, ad Corinthios duæ, ad Galatas una, ad Ephesios, Philippeñ, Colossenses itidem, ad Tessalonicenses duæ, ad Timothæum duæ, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos singulæ, Iacobi epistola una, Petri duæ, Ioannis tres, Iudæ una, Apocalypsis, id est, reuelatio à Ioanne euangelista in insula Patmo, in quam à Domitiano relegatus fuerat, scripta. Sunt igitur libri testamenti noui, octo & uiginti, omnes Græco sermo scripti, præter euangelium Matthæi, quod Hebraica lingua Matthæus scripserat, ut pote

2.Cor. 4.

Psalm. 115

Ioan. 8.

Libri noui testamenti.

Eus.l.3.c8

Iere. li.3.

ut pote Hebræis. Quod quidem euangelium à quo postea in linguam græcam translatum sit, non certum esse ait Hieronymus. hos libros testamenti noui in canone ponit ecclesia, ut scribitur in concilio Laodiceno, & Carthaginensi tertio, & in quadam epistola Athanasij. De alijs autem (ait Eusebius) sciendum qui sub nomine apostolorum ab hæreticis proferuntur uelut Petri, Thomæ, Matthiæ, & cæterorum apostolorum quæ appellantur euangelia, Andreæ, & Ioannis actus, quia nunq̃ prorsus in scripturis ueterum illorũ duntaxat qui ab apostolis successerunt, aliqua mentio eorum, aut commemoratio habetur, in quibus ipse stylus multum ab ipsa ecclesiastica consuetudine, deprehenditur diuersus: sensus quoq; ipse, & omnia quæ ijs inserũtur, lõge ab apostolica dissonat fide: ex hoc figmenta esse prauitatis hæreticæ comprobantur. In eandem sententiam ille, sentiens authoritatem iudicandarum scripturarum esse penes ecclesiam, id quod et Augustinus sensit cum diceret. Euangelio non crederem, nisi me ecclesiæ catholicæ commoneret authoritas. Cæterum quo tempore ab ascensione Christi in cœlum scripserint hæc apostoli, non certum scitur. Theophilactus ait Matthæum scrip-

Hiero. de uiris illustribus.

Euse. li. 3.

Cap. 5. cõtra ep. Manichæi.

quo tẽpore scripserũt euangelistæ.

thæum scripsisse euangeliũ ab ascensione Christi in cœlum, post octo annos. Marcum post decem. Lucam post quindecim. Ioãnem post triginta. Non desunt qui diuersum sentiant, affirmantes ecclesiam sine scripto euangelio, plus quàm uiginti annis fuisse. Marcumq; post triginta septem annos à Christi ascensione in cœlum scripsisse euangelium, Ioannem autem post sexaginta quinq; annos. Porro testamenti ueteris libri sunt hi, ut refert Hieronymus. primus apud eos uocatur liber Breschith, quem nos Genesim dicimus, id est, generationẽ, quoniam in eo agitur de creatione mundi, & exordio generis humani. Cæterum Breschith uocem Hilarius ait, tria significare apud Hebræos, in principio, in capite, & in filio. Notant enim librum primis uocibus unde liber incipit. Seũdus Veellesmoth, id est hæc sunt nomina. Nam id exordiũ est exodi, quod nomen Græcum significat exitum, quoniam in eo libro, inter cætera describitur exitus Iudæorum ex Aegypto. Tertius Vaijcra, id est, & uocauit. Sic enim incipit Leuiticus, in quo describuntur sacrificia, ab ijs, qui ex tribu Leui oriundi erant, offerri solita. Quartus Vaiedabbec, id est, & locutus est. Hoc enim initium libri numerorum

Beda sup ult. ca. Ioã in plogo galeato.

Libri ueteris testamenti.

Genesis.

Exodus.

Leuiticus.

Numeri.

merorum est, in quo recensetur populus Israë-
liticus, et quadraginta duæ per eremum man-
Deuteronomium. siones describuntur. Quintus Elle hadbarim,
id est, hæc sunt uerba. his uerbis exordium est
Deuteronomij, quod Græcis sonat perinde
quasi dicas secunda lex, aut posterior lex.
Hi sunt quinq; libri Moysis, quos propriè tho
ra, id est, legem appellant. Hi libri Moysis ap-
Pentateuchus. pellantur Græco nomine Pentateuchus, à
πέντε, id est, quinq; & τεῦχος, id est,
Secundus ordo. uolumen. Secundum prophetarum ordinem
faciunt, & incipiunt ab Iesu filio Naue, qui
Iosuæ. post mortem Moysis, præfuit populo Iudaico,
quiq; introduxit populum in terram promis-
sionis. Apud eos Iosue Ben Nun dicitur, id
est, filius Nun, ad differentiam Iosue filij Iose-
dech sacerdotis. Deinde subtexunt librum So-
Iudicum. phtim, id est, iudicum, quòd in eo describuntur
res gestæ iudicum qui præerant Iudæis. Et in
Ruth. eundem compingunt librum Ruth, quia in di-
ebus iudicum, facta eius narratur historia.
Regum. Tertius sequitur Samuel, quem nos regnorum
primum & secundum dicimus, quòd in eo res
gestæ regum Iudaicorum à Samuele describũ-
tur. Quartus Malachim, id est, regum qui ter
tio & quarto uolumine regnorum cõtinetur.

Quintus

Quintus est Esaias propheta, Sextus Ieremi- Esaias.
as, septimus Ezechiel, Octauus liber duode- Ieremias. Ezechiel.
cim prophetarum qui apud illos uocatur the- 12. propheta.
re asar, id est duodecim. Tertius ordo hagio- Tertius ordo.
grapha possidet, id est, sancta scripta, siue san-
ctorum scripta, quæ proximæ sunt authorita- Hagiographa.
tis, cum illa tribuant Deo, hæc sanctis. Et pri-
mus liber incipit à Iob. Secundus à Dauid Iob.
quem quinq; incisionibus, hoc est, partibus, & Psalmi.
uno uolumine psalmorum comprehendunt.
Tertius est Salomon, tres libros habens: pro- Tertius Salomon.
uerbia, quæ illi Misle, id est, parabolas appel-
lant. Quartus Ecclesiasten, id est, concionato- Salomõis libri.
rem, hæbraicè cæleth. Quintus est Canticum
canticorum, quem titulo sirrhasirim appel-
lant, id est, cantionem cantionum, ut eximium
canticum intelligas. Sextus est Daniel. Septi- Daniel.
mus dibre haiomim, id est, uerba dierum, quod
significantius Chronicon totius historiæ diui-
næ, ait Hieronymus, possumus appellare, qui Paralipomenon.
liber apud nos Paralipomenon, id est, omis-
sorum primus & secundus inscribitur. Octa-
uus Esdras qui & ipse similiter, apud Græcos, Esdras.
& Latinos in duos libros diuisus est, ait Hie-
ronymus. Nonus Hester. Atq; ita fiunt pariter Hester.
ueteris legis libri uiginti duo, id est Moysis

 quinq;

quinq;, & prophetarum octo, hagiographorum nouē. Quanq̄ nonnulli Ruth & Cinoth, id est, lamentationes, inter hagiographa scriptitent, & hos libros putent in suo numero supputādos, ac per hoc esse priscæ legis uiginti quatuor libros. Sapientia igitur quæ uulgo Solomonis inscribitur ait Hieronymus, et Iesu filij Sirach liber, & Iudith & Tobias & pastor, non sunt in canone. Machabeorum primum librum Hebraicū repperi: secundus Græcus est, quod ex ipsa quoq; phrasi probari potest. Ita quidem Hieronymus ait, sentiens hos libros esse inter apocrypha ponendos. Sunt autem apocrypha, id est, abscondita, occulta quòd ea non legerentur publicitus, sed priuatim ac domi pro suo cuiusq; animo. Verum hos libros ceu canonicos ecclesia agnoscit & suscipit, ut liquet ex tertio concilio Carthaginensi, quod in sexta generali synodo confirmatum est. Et ex concilio Florentino, in quibus hi libri canonici ueteris legis numerantur. Moysis quinq;: Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Iosue, Iudicum, Ruth. Quatuor regum, duo Paralipomenon, Esdras, Neemias, Tobias, Iudith, Esther, Iob, psalmi Dauid, Parabole, Ecclesiastes,

Apocryphe libri.

Libri Canonici uete. legis

astes, cantica canticorum, sapientia, Ecclesiasticus, Esaias, Hieremias, Baruch, Ezechiel, Daniel, duodecim prophetæ minores, id est, Ozeas, Ioel, Amos, Abdias, Ionas, Micheas, Naum, Abacuc, Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias, duo Machabeorum. Hunc catalogum librorum canonicorum, & Augustinus numerat lib. 2. de doctrina christiana, & cæteri authores grauissimi. Eorum librorum ueteris legis translationes uetustiores, ex Hebraica lingua in Græcam, plures esse feruntur. Vna septuaginta interpretum, Qui ab Eleazaro pontifice Iudæorum missi ex Iudæa in Aegyptū petente Ptolomæo rege Aegyptiorum qui bibliothecam instructissimam habere cupiebat, uetus testamētum Græcanico sermone donarūt, annis ante Christum incarnatum, ut ferunt, trecentis quadraginta uno. De qua re Eusebius de præparatione Euangelica abūdè scribit. Non desunt qui constanter affirmēt septuaginta interpretes tātum pentateuchum, in linguam Græcam transtulisse, colligentes id ex Aristea, qui ipsos septuaginta duos interpretes iussu Ptolomæi in Aegyptum perduxerat, & ex Iosepho in præfatione antiquitatum Iudaicarum. Altera Aquilæ Iudæi qui ad fidem

Translatiões librorū ueteris testamenti uetustiores.

Euse. ca. 1 li. 8. præparat. euāgelicæ.

Altera trāslatio.

ſidem conuerſus fuerat tempore Adriani Cæ-
Tertia. ſaris. Tertia Theodotionis ſub Commodo
Quarta. imperatore. Quarta Symmachi ſub Seuero.
Quinta. Quinta, uulgata æditio nominata, inuenta Hie
Sexta. roſolymis. Sexta Origenis, Qui etiam nar-
ratur ſeptuaginta interpretum tranſlationem
correxiſſe. Hic Origenes compoſuerat opus
in quo per ſingulas columnas digeſſit uarias
æditiones, ſic ut prima haberet Hebræa ſuis
literis: Secunda, eadem Græcis literis: Tertia,
Aquilæ æditiõem. Quarta, Symmachi. Quin-
ta, ſeptuaginta. Sexta, Theodotionis. Vnde
Exapla. hæc opera Εξαπλα dicta ſunt Græcis, quaſi
In præfa- ſextuplicia, Quorum meminit Hieronymus,
tiõe in Io- Qui & ipſe ex Hebræo totum ferè teſtamen-
ſue. tum uetus in ſermonem latinum tranſtulit.
l. 2. d'doc. Non ab re igitur diuus Auguſtinus ait Lati-
christiana næ linguæ hominibus, ad cognitionem ſcriptu-
Cognitio ræ diuinæ duabus alijs opus eſſe Hebræa &
linguæ He Græca, propter uariam interpretum tranſla-
braicæ & tionem, Quamobrem & in decretis pontifi-
Græcæ ne cum præcipitur in gymnaſijs has linguas do-
ceſſaria cẽdas eſſe, Et certe nemo negauerit melius eſſe
theologis. ex fontibus ipſis haurire, quàm riuulos conſe-
ctari. Ita enim melius res perſpici poteſt, cum
multa ſint quæ non poſſunt uſq; adeò commo-
dè in

dè in aliam linguam transferri, idq; propter
phraſim linguæ propriam. Quin & animus
ex fontibus hauriens in diſcendo certior red-
ditur, aduerſariusq; facilius conuincitur. Neq; notantur
audiendi ſunt illi, qui ex uerbis Hieronymi nõ quidam.
rectè intellectis, quæ etiam in decretis canoni-
cis ponuntur, aſſerunt latina exemplaria eſſe
correctiora quàm Græca, & Græca quàm He
braica: atq; ita eſſe uanum linguæ Græcæ ſtu-
dium, neq; in dubijs recurrendum eſſe ad ex-
emplaria Græca & Hebraica. Non enim hoc
ſenſit diuus Hieronymus, ut ex uerbis eius li-
quet. Verba Hieronymi ſunt in præfatione in
Pentateuchum Moyſis. Sicubi in tranſlatione
tibi uideor errare, interroga Hebræos, diuer-
ſarum urbium magiſtros conſule. Quod illi
habent de Chriſto, tui codices non habent: a-
liud eſt, ſi contra ſe poſtea ab apoſtolis uſur-
pata teſtimonia probauerunt: & emendatio-
ra ſunt exemplaria Latina quàm Græca, &
Græca quàm Hebraica. In quibus uerbis Hie-
ronymus inducit hoc eſſe, ut ita loquar, impoſ-
ſibile, ut correctiora ſint exemplaria Latina
quàm Græca, & Græca quàm Hebraica. Vbi,
aliud eſt, ponit pro eo quod Cicero dicit niſi
forte, ueluti ſi dicas, diuitiæ nõ reddunt homi-

nem beatum, nisi forte mentitus est Christus, qui pauperes beatos appellat. Quid enim absurdius, quàm dicere hæc ab septuaginta prolata, quæ post septuaginta dicta sunt ab apostolis, Quod si hoc uerè sensit Hieronymus, id quod quidam somniant, quæ tandem fuit insania hoc laboris suscipi ab Hieronymo, ut ad exemplaria Hebræorum recurreret. Præter hanc autem linguarum, & quarundam artium noticiam, ad intelligenda scripta diuina requiruntur & alia. Primo reuelatio diuina. Lex enim spiritualis est, & reuelatione opus est ut intelligatur ait Hieronymus. Quod testatur Dauid cum diceret. Reuela oculos meos & consyderabo mirabilia de lege tua. Et Lucas narrans Christum aperuisse sensum discipulis, ut intelligerent scripturas. Deinde animus pius & ab affectibus purgatus. In maliuolam enim animam (ut docet scriptura) non intrabit sapiētia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Istuc ipsum expreßit Basilius ille Magnus eleganti similitudine. Quemadmodū (inquit) in cera quis scribere non potest, nisi characteres impressos ante deleuerit: sic nec anima, diuina dogmata degustare, nisi pristinos ex animo mores penitus exuerit. Quamobrem

Præter linguarū cognitionē, quæ alia requruntur ad cognoscēdā sacrā scripturā.

Psal. 118.

Lucæ 24.

Sapien. 1.

Basilius in epist. de uita solitaria.

obrem idem diuus Basilius cum coram Valente imperatore fidei suæ rationem redderet, insolentiam cuiusdam coqui, qui tunc aderat seuerißimè coërcuit, eò quòd homo rudis et carnalis, de rebus diuinis ausus esset petulāter disserere. Cum aūt diuina scriptura (ut grauißimi scriptores docent) similis sit imagini obtutum circumagenti. Nam quemadmodū imago illa ex quacunq; parte adieris illam, te aspicere uidetur: ita & scriptura diuina bonis & malis se præbet, cui rei maximo argumento sunt hæretici, qui dogmata sua, scriptura sacra confirmant, uerum non rectè intellecta. Proinde diligentißimè cauendum, ut animo pio, & purgato tractentur. Postremo ad intelligenda scripta diuina requiritur monstrator & studium diligens. Si enim in artibus sine studio & monstrante non proficitur, certè & in literis sacris istuc ipsum euenire putandum est. Sic Eunuchus intellexit Esaiam docente Philippo, Paulus ad pedes Gamalielis legem didicit. Sic Timotheus, & Titus, & Lucas, Paulum sibi sequendum delegerunt. Dionysius, Clemēs, Linus, Anacletus, Petrum. Ignatius, Policarpus, Papias, Ioannem. Papiam, Tertullianus. Pantenum, Origenes. Dionysius alexandrinus

Diuīa scriptura cui similis.

Actuū. 8.

Origenem. D. Cyprianus Tertullianum. Eusebius, Dorothæum Anthiochiæ antistitem. Hieronymus Dydimum & Gregorium Nazianzenum. Cyrillus, Theophilum. Augustinus, Ambrosium, & alios alij. Sed mirum est, quòd solam scripturarum artem sibi passim omnes uendicant ut Hieronymus ait. Hāc garula anus, hanc delirus senex, hanc sophista uerbosus, hanc uniuersi præsumunt, lacerant, docent antequam discant. Cum tamen scriptura diuina, ut Ambrosius ait, Mare magnum est habens in se abyssum sensuum profundorum. Et Augustinus tantam profunditatem christianarum literarum esse affirmat, ut in eis quottidie proficere possemus, si eas solas ab ineunte pueritia usq; ad decrepitam senectam maximo ocio, summo studio, meliori ingenio conaremur addiscere. Quin & diuus Petrus in epistolis Pauli quædam esse difficilia intellectu dicit, quæ (ut idem ait) indocti & instabiles deprauant sicut & cæteras scripturas, ad suam ipsorum perditionem. Proinde non temere sunt omnia scripturarum arcana communicanda omnibus. Vnde et Paulus cum dixisset: sapientiam loquimur inter perfectos. Cap. 3. subdit: tanquam paruulis in Christo lac uobis

Hiero. ad Paulinum

Ambr. l. 7 epist. 44. in ep. 3. ad Volusianū

2. Petri 3.

1. Corin. 2

uobis potum dedi, non escam. Nondum enim poteratis, sed ne nunc quidem potestis. Et ad Hebræos sexto. Perfectorum solidus est cibus, id est, perfecta altiorum mysteriorum intelligentia, eorum qui pro ipsa consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni ac mali. Sicut autem ecclesiæ sanctæ soli tribuitur ab omnibus discretionis certitudo, qua uerbū dei discernere potuit à uerbis hominum, quod factum cernimus in ijs sanctis scripturis quas secreuit ab alijs scripturis suspectis, quanq̄ titulis apostolicis commendatis, ut ante dictum est: ita etiam tribui debet iudicium & magisterium diuinum quo infallibiliter posit discernere inter dogmata falsa & catholica, & germanum sensum ipsius & alienum. Quomodo enim uere dici posset à Paulo ecclesia columna & firmamentum ueritatis, si in controuersia & dissensione dogmatum uacillaret, nesciens quid esset et fugiendum aut acceptandū. Sed & Dominus ipse apud Esaiam aperte ostendit, ecclesiam habere scripturam & diuinū lumen eius intelligendæ. Hoc fœdus meum cum eis dicit Dominus, Spiritus meus qui est in te, & uerba mea quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore seminis tui dicit domi-

Ecclesiæ iudicium.

1. Tim. 3.

Esaiæ 59.

eit dominus à modo usq; in sempiternum. Et
Ioan.14. apud Ioannem Christus loquitur. Ego rogabo patrem & alium paracletum dabit uobis, ut maneat uobiscum in æternum, spiritum ueritatis, quem mundus non potest accipere. Rectè
li.3.c.40. igitur dixit Ireneus ubi ecclesia ibi & spiritus. Eius rei, scilicet in re dubia confugiendum esse ad authoritatem ecclesiæ, habetur exemplum in ipsius ecclesiæ primordijs superstite sacrosancto Apostolorum collegio quando suborta quæstione inter quosdam uiros euangelicos & alios superstitiosos de legalium obseruatione, recursum est ad publicum & commune magisterium, apostolos scilicet & seniores ut uiderent de uerbo hoc, ueluti scribitur in
Actuū 15. actibus apostolorum. Quemadmodum totâ sequens ecclesia merito complexa est, ut quoties quæstio de fide occurreret quæ ecclesiam turbaret, conuentus fierent quos synodos seu concilia uocant, in quibus & scripturæ sensus aperiebatur, & quid tenendum in fide et moribus esset, cum authoritate præcipiebatur atq; communis ecclesiæ sensus manifestus omnibus reddebatur. Cum autem ecclesia constet ex infinitis penè membris, ex quibus plurima sunt, in quibus est sancta rusticitas, quæ ipsis & nō alijs

alijs prodesse potest, non est consulenda ecclesia in singulis membris neq; in fidei quæstionibus congreganda: alioqui non essent in ecclesia gradus constituti & peculiaria charismata quæ non omnibus uoluit spiritus esse communia, ut puta esse pastores et doctores et prophetas, de qua re Paulus ad Ephesios scribit. Ephe. 4.
Qui quidē pastores et doctores cōsulendi sunt in ijs quæ ad fidei doctrinā attinēt quibus claues regni cœlorū cōmissæ sunt, ligandi atq; soluēdi, ut Christus ipse docuit testātibus euangelistis. Sed ad diuisionē legis ueteris recurramꝰ.

Lex uetus diuiditur in moralem, ceremonialem & iudicialem. Lex iudicialis in qua de rebus forensibus præcipitur utpote de pœnis delictorum, de successionibus, & similibus rebus. hæc descripta est in libris Moysis. Lex uetus q̊tuplex

Lex ceremonialis in qua describuntur sacrificia, quæ figurabant mysteria Christi uenturi, & ueros fidei cultus. Vmbram enim habebat lex, ut Paulus docet, futurorum bonorū, non ipsam rerum repræsentationem. Figurabant enim sacrificia illa, sacrificium illud spirituale Christi qui una oblatione consumauit in perpetuum sanctificatos ut Paulus ait. Hæc lex multiformis, est descripta præcipue in Leuitico, quæ Lex ceremōi. Hebre.10

eo, quæ præter hoc quod figurabat unicum illud sacrificium, Iudæos quoq; ab idololatria, ad quam maximè proni erant, abstrahebat.

lex moralis.

Lex moralis, expositio legis naturæ, ac doctrina uirtutum, carnis fraglitatem ostendens, & ad gratiam præparans.

Quæ lex uetus abolita.

Lex ceremonialis abolita est, quoniam per Christum impleta, sicut Christus ipse testatur. lex (inquit) & prophetæ usq; ad Ioannem.
Matth. 11
Nam post Ioannem consumatis omnibus quæ
Ioan. 1.
lex figurabat, & sublatis typis, gratia & ueritas per Iesum Christum facta est. Quin & iudicialis maxima ex parte abrogata est, in qua multa nimis durè fiebant, temporeq; Messiæ dulcedine misericordiæ mitiganda erant.

Obiectio Iudæorum

Quod uero obijciunt Iudæi, legem duraturam in perpetuum, quòd sæpenumero à Deo nominatur fœdus perpetuum, pactum sempiternũ. quasi nunquam finiendum. Sciendum est uocem Adolã, quam nostri aliâs in æternum, aliâs in sempiternum, aliâs in seculum uertunt: non simpliciter dici de tempore, cuius finis nullus sit, sed uel de longa duratione, uel indefinita, uel de eo quod duraturum est continenter sine interpelatione, cuiusmodi apud Latinos perpetuum, & perenne, iuge. De quo

multa

multa exempla sunt in sacris. ut Exodi 21. Seruiet ei in æternum, nempe quamdiu uiuet, uel usq; ad annos iubilæi. Et Ieremiæ 25. de migratione Babilonica. ponam, inquit, in his regionibus solitudinem sempiternam, id est, diuturnam uel perennem usq; ad reditum à Babilone, nam statim addit, seruient gentes istæ regi Babilonis septuaginta annis, in qua significatione & tunc accipitur, cum legis est mẽtio in æternum duraturæ.

lex moralis manet.

Sola autem lex moralis (cum sit interpretatio legis naturæ) abrogata non est, sed manet, quam Christus nõ uenit soluere, sed implere, eamq; gratiam conferre, qua & nos adiuti eandem implere possimus. Vnde Christus apud Matthæum ait.
Matth. 5.
Nisi abundauerit iusticia uestra plusq̃ scribarum & pharisæorum, non potestis intrare in regnum cœlorum. Vbi ostendit quomodo iusticia hæc abundantior esse deberet in Christianis. Inter cætera ait: Audistis quia dictum est antiquis, Non mœchaberis. At ego dico uobis. Quicunq; aspexerit mulierem ad concupiscendum eam, iam adulterium commisit cum ea in corde suo.

Numerus præceptorũ ueteris legis

Numerant autem Rabbini Iudæorum, ut Rabbi Cumlai, sexcẽta tredecim esse præcepta ueteris legis, trecenta e-

nim se-

Gal.li. ii. nim sexaginta quinq; ut est numerus dierũ solis, ducenta autem & quadraginta octo, quot sunt membra in homine.

Lex & prophetæ quot contineant.

Legem uero & prophetas, aiunt quidam, quinq; continere: moralia, ceremonialia, iudicialia, promissa & sacramentalia, ut agnus paschalis, uitula rufa.

Cæterum quoniam regnum cœlorum intrare uolentibus seruanda sint mandata Dei, eaq; commodius seruabuntur, si intellecta probè fuerint. Proinde breuem explicationem decalogi, hoc est, decem præceptorum Dei adscribendam duximus.

DECALOGVS.

DEcalogus, quot partibus cõstat.

DEcalogus, seu lex moralis, duabus partibus constat, quarum prior complectitur ea quæ Deo debemus. Secunda docet quales esse debeamus erga proximũ. Porro huius diuisionis author est Deus, qui in duas tabulas descriptum Moysi tradidit.

Quidam, ut Hieronymus, & Origenes, tribuunt primæ tabulæ præcepta quatuor, ex primo duo facientes, in quorum primo spiritalem, in altero crassam illam, et externam idololatriã prohiberi dicunt, ut primum sit. Non habebis

habebis deos alienos coram me. Alterum nõ facies tibi sculptile. In secundam tabulam sex referunt, duo ultima præcepta de non concupiscenda uxore, & rebus proximi, connectentes. At Augustinus & cæteri illum secuti, primæ tabulæ præcepta tria, secundæ, septem tribuerunt, qui primum mandatum de uitanda idololatria siue corporali, siue spirituali, unũ faciunt. Postrema uero præcepta quæ sunt de non concupiscendo uel uxorem uel res proximi, in duo secant, quorum sententia ecclesiæ magis placet.

Aust. li. 2. Quæst. super Exod.

PRIMVM PRÆCEPTVM.

Ego sum Iehoua Deus tuus qui eduxi te de terra Aegypti, & de domo seruitutis. Non habebis deos alienos corã me, Non facies tibi sculptile, neq; omnem similitudinem, quę est in cœlo desuper, ac quæ in terra deorsum, nec eorum quæ sunt in aquis sub terra, non adorabis

dorabis ea, neq; coles. Ego enim sum iehoua deus tuus, fortis zelotes, uisitãs iniquitatem patrum super filios in tertiam & quartam generationem, his qui oderunt me, et faciens misericordiam in millia diligentibus me, & seruantibus præcepta mea.

Explanatio præcepti.

In hoc præcepto, initio utitur deus ueluti præfatione quadam in totam legem, Nam cũ dominum se nominat, ius sibi uendicat, & authoritatem iubendi. Deinde quò legi suæ gratiam apud nos conciliet, addidit se Deum esse nostrum. hoc autem beneficio cum nos dignetur, par est, ut nos illi uicißim exhibeamus in populum obsequentem. Cum autem meminit liberationis post fractum iugum seruitutis Aegyptiacæ, hoc quo ad corpus, ad populum Israëliticum spectat. Tamen est alterum genus liberationis quod ad omnes homines æque pertinet. Nos enim ex spirituali seruitute peccati, & diaboli tyrannide liberauit. Facit autem mentionẽ

mentionem liberationis ex seruitute Aegyptiaca ut commonefaciat nos summæ ingratitudinis reos fore, nisi totos illi nos in obsequiũ addixerimus. Cæterum Iehoua quid sit, dictum est, ubi egimus de nominibus dei mysticis.

Exigit autem à nobis hoc præcepto Deus, ut suum illi honorem deferamus, neq; ullam eius partem transferamus aliò. Est autem illi honor proprius, eum adorare, collocare in ipso fiduciam, inuocare tanq̃ datorem omnis boni. Id quod Christus apud Matthæum expreßit cum diabolo tentanti se dixit, ex Deuteronomio citans scripturam: Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruies: scilicet cultu latriæ, id est, honoris soli deo debiti, quæ quidẽ latria consistit in fide, spe, et charitate, de quibus postea dicetur. Aßignant autem theologi duplicem orationem seu honorem. Vnum latriæ à Græco uerbo λατρεύω id est, colo, adoro, dictæ, quæ soli deo debetur cum recognitione & existimatione uniuersalis potestatis, prouidentiæ, & dominij. Alterum uero duliæ à δουλεύω, id est, seruio sic dictæ: quæ à latria differt per existimationem & recognitionem id genus officij quod præstamus alicui propter uirtutis excellentiam aut dignitatem,

Matth. 4.

Deute. 6.

latria.

dulia.

quam in eo esse credimus. Quanq̃ dubitant aliqui, an proprie dulia huiusmodi officium appelletur, cum honor ille qui sanctis debetur cõmuniter, minime in signum seruitutis exibeatur. In eo autem cum dicit: Non facies tibi sculptile: crassam illam, & externam idololatriam, ut dictum est, prohibet, qua gentes maxime usæ sunt. Nam uerbis illis: non habebis deos alienos coram me, spiritalem idololatriam notat. Adiungens autem sanctionẽ, dicit se esse deum nostrum, fortem zelotẽ. & ubi fortitudinis meminit, ut ostendat se ad uindicandam gloriam suam satis habere potentiæ. Porro nominando se zelotem, innuit æqualem aut socium ferre non posse. Constat enim zelotem seu zelotypum eum dici, qui ita uxorem amat, ut sibiipsi metuat, ne quis eã ad adulterium sollicitet, adeò ut ægre ferat aliquem propius coniugi suæ aßidere, quòd se solum amari uelit. Nam ut se nobis deus pro sua infinita bonitate donauit, ita nos uult esse prorsus suos, atq; hæc animarum nostrarum est castitas, illi dicatas esse & penitus adherere, sicut rursum adulterio pollui dicuntur dũ ab eo ad superstitionem deflectunt. Hinc illæ
Isaie 42. uoces. Ego Iehoua, hoc est, nomen meum, gloriam

gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam sculptilibus. Item. Spiritus fornicationum decepit eos, & fornicati sunt à deo suo. Oseæ 4.
Et alibi. fornicantes cum dijs alienis. Quò uero plus nobis incutiat terroris, non tantum de his qui offenderint, pœnas sumpturum se minatur, sed eorum quoq; sobolem fore maledictam. Quod si quispiam dicat, hoc æquitati dei non esse consentaneum, punire aliquẽ propter alterius noxam, præsertim cum apud Ezechielem dicatur. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Si qualis sit humani generis conditio reputamus, soluta est quæstio. Natura enim maledictioni obnoxij sumus omnes, nec est quod de Deo conqueramur cũ in hac sorte nos reliquit. Iam uero sicut suam erga pios dilectiõem eorum posteritati benedicendo, demonstrat: ita suam aduersus impios uindictã, eorum filios hac benedictione priuando exequitur. Præterea aiunt, quod hic dicit: Visitans iniquitatem in tertiam & quartam generationem eorum qui oderunt me, apud Ezechielẽ apertius dictum: animam quæ peccauerit (hoc est dominum oderit) esse puniendam. Unde hic locus non damnat tertiam & quartam generationem, ob solam naturæ propagationẽ,

Iudi. 2.

solutio obiectionis.

Ezech. 18

 sed

ſed magis ob imitationem paternæ impietatis.
Quod uero ſeueritatem in tertiam & quartã
generationem prædicit, miſericordiam in mil-
le facturum pronunciat. indicat miſericordiã
ſuam tanto eſſe maiorem ſeueritate, quanto
millenarius ternario. Quin millium finito nu-
Pſal. 105. mero pro infinito utitur, quoniam, ut ait ſcri-
ptura, In ſeculum miſericordia eius. Quod i-
Peccã- gitur fidem attinet peccant contra hoc præce-
tes contra ptum primo, infideles, ut gentes, Iudæi, hæreti- 1
primũ præ ci. Secundo dubitantes in fide. Neq; enim du- 2
ceptũ ra- bitare eſt credere. Fides enim eſt, ut Paulus
tione fidei ait, argumentum non apparentium, propte-
rea q, ſicut illa quæ argumentis confirmantur,
uera eſſe creduntur: ita & hæc quæ fide ap-
prehendimus uera eſſe credenda ſunt, in qui-
bus confirmandis fides firma, uicem argumen-
torum obit. Tertio ſcrutantes curioſè ea circa 3
quæ uerſatur fides, ut eſt eſſentia dei, & alia
eiuſmodi. hæc enim, nullus intellectus creatus
aſſequi poteſt ad plenum. Quis enim cogno-
Rom. 11. uit ſenſum domini: ait Paulus. Quarto negan 4
tes fidem. Corde enim creditur ad iuſticiam,
ore aũt fit confeſsio ad ſalutem docente Pau-
Helcheſa- lo. Hoc modo in deum peccarunt Helcheſatæ
tæ. hæretici, aſſerentes non eſſe criminoſum in
tormentis

5 tormentis Chriſtum uocetenus ab eo negari,
qui corde ipſum confiteretur. Quinto tentan-
tes deum, Nemo enim tentat niſi rem dubiam.
6 Sexto non impendentes debitum cultum deo.
7 Septimo peccant contra primum præceptũ ra-
tione fidei, ſortilegia exercentes, aut illis fi-
dem habentes. quales ſunt qui genethliacis &
aſtrologis fidem accommodãt, ſuamq; uitam,
& opera, ad cœli ſigna iuxta temporum di-
ſcrimen comparant. Hoc eſt enim ſentire, de-
um ſubeſſe creaturis ſuis, aut ea quæ dei ſunt,
tribuere creaturæ. Quanq̃ autem conſtet ſupe- ſolutio ob-
riora corpora in hæc inferiora corpora influ- iectionis.
entiam habere: tamen anima rationalis con-
ſtellatiōibus neutiquam ſubiacere putanda eſt.
Et certè qui fideli mente patrem qui in cœlis
eſt, compellat, is ſe totum dei protectioni cõ-
mittit, certus ſibi nullam poſſe nocere creatu-
ram, quem tuetur omnis creaturæ opifex, &
moderator deus. Quod ut fiat & ipſe domi-
nus apud Ieremiam præcipit. Iuxta uias gen- Ierem. 10.
tium nolite diſcere, et à cœli ſignis nolite me-
7 tuere quæ timent gentes, quia leges populorũ
uanæ ſunt. Præterea qui ariolos ſciſcitantur,
aut ſomnia obſeruant, maleficos, & diuinos
conſulunt, ut futura præſagiant, ſecreta rimẽ-

 tur, ut

tur, ut deperdita recuperent, Id quod sacra scriptura in multis locis uetat. ut Leuitici 19. Non declinetis ad magos, nec ab ariolis aliquid sciscitemini. Non augurabimini, neq; obseruabitis somnia. Et uigesimo. Anima quæ declinauerit ad magos & ariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam, & interficiam illam de medio populi tui. Et Ieremiæ uigesimo septimo. Nolite audire prophetas uestros, & diuinos, & somniatores, & augures, & maleficos. Quod si quando eueniant ea quæ uates isti prædicunt, hoc dei permißione fit, ut ipsi qui hoc audiunt, aut uident, probentur, & appareant qua sint fide, uel deuotione in deum, qui hæc fieri prohibet, & uult ut illum solum amemus eiq; fidamus. De qua re ita in Deuteronomio legimus. Si surrexit (inquit Moyses) in medio tui propheta, aut qui somnium se uidisse dicat, atq; prædixerit signum, atq; portentum, & euenerit quod locutus est, & dixerit tibi: eamus, et sequamur deos alienos, quos ignoramus, & seruiamus eis. Non audies uerba prophetæ, aut somniatoris quia tentat uos dominus deus uester, ut palam fiat utrum eum diligatis an non, in toto corde et in tota anima uestra, dominũ deum

 arioli.

obiectiõis solutio.

Deute. 13.

deum uestrum sequimini, ipsum timete, mandata custodite, & audite uocem illius, ipsi seruiatis, & ipsi adhærebitis. Porro diabolum non posse pijs plus incommodare quàm illi à deo fuerit concessum, liber Iob insigni testimonio confirmat. Ratione autem spei peccant
1 contra primum præceptum, primo desperantes quòd scæt deus uelit aut poßit saluare, aut
2 parcere. Secundo qui in potentia sua & diuitijs, aut hominibus confidũt. Tales notat Psaltes. Hi in curribus, hi in equis, nos autem in nomine domini. Et Ieremias. Maledictus qui confidit in homine, & ponit carnem brachiũ suum, & à domino recedit cor eius. Talis erat princeps Tyri cui per prophetam dictum est. Eleuatum est cor tuum, & dixisti. deus ego sum, & in cathedra dei sedi in corde maris, cum sis homo & non deus, & dedisti cor
3 tuum quasi cor dei. Tertio præsumentes de misericordia dei, hoc est, qui sperant ueniam sine pœnitentia, aut beatitudinem, sine nostra cooperatione ad bonum. Nam qui bona egerunt ibunt in uitam æternam, qui uero mala in
4 ignem æternum. Quarto præsumentes de meritis proprijs, cum scilicet sibi nimium tribuunt, atq; æstimant de bonis operibus suis.

Ratõe spei peccantes in primum præceptũ.

Psal. 19.

Ierem. 17

Ezech. 28

 Contra

Lu.17. Contra quos illud est dictum Christi. Si feceritis omnia quæ præcepta sunt uobis, dicite, serui inutiles sumus, quod debuimus facere fecimus.

Ratõe charitatis peccãtes ĩ primum præceptum. Porro quod charitatem attinet, contra primũ præceptum peccant. Primo qui mundum amãt 1 plus quàm deum, cum tamen ille (ut Christus Mat. 22. ait) diligendus ex toto corde, & ex tota anima & ex tota mente. Quibus uerbis innuit ut omnes uires suas homo ad deum amandum & glorificandum referat. Sunt autem in homine tria, ratio, uolũtas, et uis uitalis seu sensibilis. Ratio quæ dijudicat & discernit res, et hæc signatur per mentem. Voluntas quæ cupit rem cognitam, et hæc significatur nomine cordis. Anima uitalis, qua alitur et uegetatur corpus. Ratione ergo utendum ad laudem dei, meditando scilicet opera illius, & illi fidendo, & credendo, alijs consulendo. Voluntate uero, cupiendo ea quæ in dei gloriam uergũt. Anima quoq; uitali, seu ui sensibili: ualetudine, robore, sensibus utendo ad optima quæq; pertinentia ad laudem dei. Qui ut cognoscatur, et glorificetur, omnia condita sunt, ut ante ostensum est. Secundo peccant contra pri 2. mum præceptum ratione charitatis, timentes plus offensam hominum quàm dei, præponentes fauorem dei fauori hominum, Cum tamen Actuũ. 5. plus opportet obedire deo quàm hominibus, plusq; timendus sit deus, qui occiso corpore, Lucæ 12. 3 animam in gehennam mittere potest. Tertio metuentes offensam dei solum propter pœnã. Cum tamẽ deus amandus sit propter se utpote summum bonum & pater misericordiarum, & deus totius consolationis, ut Paulus ait. 2. Cor. 1. Atq; hactenus de primo præcepto.

Quid sit diligere Deũ ex toto corde, ex tota anima, & mente.

SECVNDVM PRÆCEPTVM.

Non assumes nomen dei tui in uanum, Nec enim habebit dominus insontem, qui assumpserit nomen dei frustra.

ratio ordinis. Pulcherrimo ordine hoc secundum præceptum primo subnectitur, ueluti ex eo promanans. Cum enim uix fieri potest, quin quod tota mente complexi sumus, lingua itidem sonemus. Est enim sermo proximus mentis interpres. Proinde cum primum præceptum posuisset quo principaliter cor nostrũ formauit, qua ratione se erga deum gerat, secundum hoc posuit quo docet quomodo de deo agnito tum apud nos

pud nos, tum apud alios loquamur. Vetat autem ne dei nomine abutamur, non peierando tantum, sed præter necessitatem iurando. Est autem nominis dei usus legitimus in iureiurãdo, cum scilicet adhibetur ex iusta causa asserendæ ueritati. Quamuis autem Christus, ut Augustinus sentit, omnem asseuerationem, inter perfectos christianos superuacaneã esse sentiat apud Matthæum, cum dicit. Audistis quia dictum antiquis, Ne peierato, sed domino quæ iuraueris reddito. At ego dico uobis omnino non esse iurandum, neq; per cœlum, quoniam dei solium est: neq; per terram, quia eius pedum subselium est: neq; per Ierosolymam, quoniam urbs magni regis est: Neq; per tuum caput iuraueris, quoniam non possis uel unum crimen album nigrumue facere. Sit autem sermo uester, est, est, non, non, quod præter hæc est, à malo est. Tamen cum interim in ecclesia sint imperfecti, excusat idem Augustinus, non tantum in euangelio, sed & in alijs negotijs iurãtem, modo infirmitas eius, cui iuratur, & causæ grauitas seu necessitas, iuramentum extorserit, quod tamen quoad fieri potest uitandum esse docet. Quam sententiam communis ecclesiæ consensus sequi uidetur. qui permittit

August. de smone dei in monte li. 1.

Matth. 5.

permittit ut perhibet, nõ tantum in confirmatione uerbi dei, sed etiam in fœderibus principum, in suscipiendo magistratu, in iudicijs si magistratus exegerit, ac sicubi causæ grauitas postulauerit, iuramentum sine peccato præstare posse. Quinetiam peccaturos, nisi id præstiterimus. hinc & Paulus apostolus sæpe iurasse legitur, ueluti cum dicit. Quæ autem scribo uobis, ecce coram deo, quia non mentior. Itẽ, Testis est mihi Deus cui seruio. Porro iuramentum tres comites habere debet. Quemadmodum dominus apud Ieremiam præcipit dicens. Et iurabit, uiuit dominus, in ueritate, in iudicio, & in iusticia. Vbi innuit, in iuramento, primum subesse oportere ueritatem, ut non aliter scæt præstetur, quàm ut mẽdacium opus diaboli destruatur, ueritas uero detegatur. Deinde iudicium adhibendum est, ut non temere, sed cum magna deliberatione, nempe ut iurans prius consyderet, an rei necessitas, aut grauitas, iuramentum exigat, an hoc quod iurat, facere queat nec ne. Item, ne uel non sine tempore & loco, uel ira, aut alio prauo affectu concitatus iuret. Postremo uidendum, ut nihil nisi quod iustum honestum est iuretur. Quos comites iuramentum si habuerit, non est damnabi-

Galat. 1.
Roma. 1.

Iuramenti comites.

Ierem. 4.

damnabile, quippe quo ueritas, pax, & con-
cordia defendantur, falsitas, lis, & dissensio
Hebr.6. destruantur. Nam (ut Paulus ait) Omnis
controuersiæ finis est iuramentum.
Præceptũ Hoc autem præceptum spectat longius quàm
secundũ la ad cohibenda iuramenta, quibus profanatur
tius patet. Dei nomen. Proposita enim una specie, in u-
niuersum nos admonet, ne unquam in medium à
nobis proferatur Dei nomen nisi cum timo-
re, ac reuerentia, & in eum finem ut glorio-
sum appareat. Nam quum sit sacrosanctum,
cauere debemus omnibus modis, ne aut ipsum
contemptui habere uideamur, aut alijs occa-
sionem contemnendi præbeamus. Id autem ita
fiet si de Deo eiusq; operibus, non aliter cogi-
temus, aut loquamur quàm in eius honorem.
Nomẽ dei Nomen uero Dei hic accipitur aut pro ipso
Deo, uel pro Dei maiestate, potentia, sapien-
tia, bonitate, in summa pro eo quod rectè deo
tribui potest. Iuxta hanc acceptionem nominis
quadrupli Dei, ut quidam aiunt, nomine Dei triplici aut
citer bene quadruplici ratione bene utimur. Primum cõ- 1
utimur no fitendo, cum ipsum Deum coram toto mundo,
mine Dei. Deum ac dominum nostrum confitemur ab il-
lius confeßione neq; blandicijs neq; tormen-
Matth.10 tis dimobiles. De qua confeßione dictum est.
Qui

Qui me confeßus fuerit coram hominibus, cõ-
2 fitebor & ego eum coram patre meo qui est
in cœlis. Secundo bene usurpamus nomen dei
cum deum in omnibus laudamus, ipsiq; tam in
prosperis quàm aduersis gratias agimus.
Quod genus frequentißimũ est in psalmis, ue- Psal.33.
luti. Benedicam dominum in omni tempore.
semper laus eius in ore meo. Item, Benedic a- Psal.102.
nima mea domino, & noli obliuisci omnes re-
tributiones eius. Qui propiciatur omnibus i-
niquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates
tuas. Qui redemit de interitu uitam tuam, qui
coronat te in misericordia et miserationibus.
Ac alijs sexcentis locis. Huius mirificum exem-
plum in Iob, qui cum grauißimis omnibus ca-
lamitatibus præmeretur, in hanc laudis ac gra-
tiarum actionis uocem prorupit. Si bona su- Iob 1. & 2
scepimus de manu domini, mala autem quare
non sustineamus, dominus dedit dominus ab-
3 stulit, sicut domino placuit, ita factum est, sit
nomen domini benedictum. Tertio usurpamus
nomen Dei rectè, cum uerbum eius syncerè
prædicamus ac inuulgamus & priuatim, &
publicè. Priuatim quidem quum ubiq; nomen
Dei magni facimus ac celebramus, & quan-
tum in nobis est, omnes homines in eiusdẽ dei
nostri

nostri celebrationem & uerbis, & operibus
nostris, trahere studemus: Rursus quum auer-
samur qui deum nostrum ut par est, non reue-
rentur. Sic affectos fuisse omnes sanctos uide-
mus, quibus nihil unq̃ molestius fuit quàm ui-
dere aut audire aliquid agi in dei contemptum.
Psal.41. Quemadmodum uidere est in Dauid, cum ait,
Fuerunt mihi lachrymæ meæ, panes die ac no-
cte, cum dicitur mihi quottidie ubi est Deus tu-
us? Publicè uero ab his prædicatur, quibus mi-
nisterium uerbi Dei commissum est, quibus di-
1.Tim.4. ctum est. prædica uerbum, insta, oportunè &
inoportunè. Quarto ritè usurpamus nomen 4
Dei, Deum in omnibus inuocando, ac ipsius
auxiliũ postulando, siue ut actus nostros in uia
mandatorum dirigat, siue ut à malis nos eri-
piat. Quod genus ubiq; etiam obuium est in
Psal.16. psalmis, ueluti cum orat Dauid. Perfice gres-
sus meos in semitis tuis, ut non moueantur ue-
Psal.118. stigia mea. Item. Inclina cor meum in testimo-
Psal.43. nia tua. Item, Non in arcu meo sperabo, &
gladius meus non saluabit me, sed dextera tu-
a, & brachium tuũ & illuminatio uultus tui.
Hic certè uerus est cultus ille Dei, quem à no-
bis ipse requirit quo nobisipsis penitus diffidi-
mus, ei soli omnium rerum & actionum no-
strarum

strarum exordia, progressus, & fines tribui-
mus. Rursus quo ab eo solo auxilium in tri-
bulationibus expetimus. Quem cultum eti-
am deus apud Psaltem à nobis requirit hisce Psal.49.
uerbis. Inuoca me in die tribulationis & eru-
5 am te, & honorificabis me. Adhæc rectè uti-
mur nomine dei quum illud, pro ueritatis cõ-
firmatione, cum periclitatur, adhibemus. quod
tamẽ genus sub prioribus maximè quod in in-
uocando laudando consistit, contineri constat. Peccã-
1 Contra hoc præceptũ peccant primo blasphe- tes contra
mãtes, cũ scilicet deo attribuunt quod non est, præceptũ
2 aut negant quod ei inest. Quos uetus lex mor secundum.
ti addicit. Secundo illicita uouentes, de pec- Leuit.24.
cato scilicet, aut contra consilia euangelica.
qualis fuit promissio Herodis facta Herodia- Mar.6.
di, & Iudæorum, qui uouerunt se non come-
sturos nisi prius occidissent Paulum. In tali- Actuũ.23
bus autem uotis decretum mutandum est.
3 Tertio qui uota deo facta temerè uiolãt. Scri
ptum est enim Leuitici tertio. Quod semel e-
gressum est è labijs tuis obseruabis, & facies
sicut promisisti deo tuo. Item Ecclesiastici quin
4 to, Si quid uouisti deo, non tardabis reddere,
quia dominus requiret illud. Quarto peie-
rantes, id est, mendacium iuramẽto firmantes.

Quinto iurantes sine necessitate, aut sine reuerentia nominis dei. Quod detestatur sapiēs Hebræus: iurationi (inquit) non assuescat os tuum. multi enim casus in illa. Vir multum iurans implebitur iniquitate, & de domo eius non discedet plaga. Et alibi: loquella multum iurans horripilationem capiti statuet, & irreuerentia illius, obturatio aurium. Præter hos quinq; modos quibus contra hoc præceptū peccatur. Sunt alij quatuor qui facile colligi possunt, ex quatuor modis supradictis, quibus nomen dei rectè usurpari docuimus. Sed de præcepto secundo hactenus.

Ecclesi. 23
Ibidem.

TERTIVM PRÆCEPTVM.

Memento ut diem Sabbati sanctifices, Sex diebus operaberis, et facies omnia opera tua, Septimo aūt die sabbatum domini dei tui est. Non facies omne opus in eo, tu & filius tuus, & filia tua, seruus tuus, et

ancilla tua, iumentum tuum, et aduena, qui intra portas tuas. Sex enim diebus Dominus fecit cœlum, & terram, & mare, & omnia quæ in eis sunt, & requieuit die septimo. Idcirco benedixit dominus diei sabbati, & sanctificauit illum.

Vt huius præcepti manifestior sententia fiat, hæc scienda sunt. Hebræis sabbatum requiem sonat, & quia septimus dies hebdomadæ requiei peculiariter deputatus erat: idcirco idem dies apud Hebræos propriè sabbatum dictum est, quemadmodum in Leuitico legimus. Septimus dies erit uobis sanctus, sabbatū et requies domini. Postea autem sabbati nomine, latius scilicet accepto uocabulo, tota hebdomada significari cæpta est. Sic Lucæ decimo octauo legimus: Ieiuno bis in sabbato. Vnde & numeratio dierum illa fuit, prima sabbati, secunda sabbati, tertia sabbati. &c.

Sabbatū quid significet.
Leuiti. 23.

In uniuersum autem duplex est sabbatum, externum & internum seu spirituale. Primum

Sabbati diuisio.

consistit in externa & corporali quiete. Secundum in mentis trãquillitate erga deum cõparanda. Externum itẽ duplex, Ceremoniale & morale, Quod ad ceremoniam attinet, non habet hoc præceptum eandem omnino rationem apud christianos, quam apud Iudæos habebat. Siquidem quod sabbatum certæ diei alligatum erat, ceremonia est, apud christianos, ut constat, abrogata. Verum quod ad morale legis pertinet, nihil mutatum est. Id uero constat in eo situm esse, ut homo, qui corpore constat & anima, aliquo saltem destinato tẽpore, & corpore & animo quiescat, totus laudi, contemplationi dei intentus, ut corpus labore fatigatum alterna requie non careat, & mens ipsa externis laboribus distracta diuinæ legis meditatiõe, ac diuinorũ beneficiorũ recordatione reficiatur. Vnde consequens est nedum apud Iudæos, sed & apud christianos, iuris esse diuini, ut saltem aliquo destinato tẽpore, ceremoniæ institutæ ad audiendum uerbum dei, & ad excitandam fidem, & charitatem erga deum, & ad uacandum præcationibus, alijsq; spiritualibus sacrificijs, retineãtur.

Sabbatũ morale in quo cõstat.

1 Deinde sabbatum externum in hoc datum est ut esset certum signum inter deum & homines deum

Sabbatum externũ cur datũ Iudæis.

nes deum agnoscentes. Quemadmodum in Exodo legimus: Videte (inquit dominus) ut custodiatis sabbatum meum, quia signũ est inter me & uos. Signum enim erat & memoriale Iudæis quo in primis admonerẽtur illius
2 ineffabilis operis, nempe creationis totius orbis, sex dierum opificio absoluti. Secundo sabbatum erat memoriale Iudæis ut admonerentur illius beneficentiæ, qua à durißima captiuitate Pharaonis liberati erant. Quod in Deuteronomio ponitur. Memento (inquit) quòd ipse seruieris in Aegypto, & eduxerit te inde
3 dominus deus tuus in manu forti, idcirco præcepit tibi, ut obseruares diem sabbati. Tertio significabat Iudæis sabbatum externum, requiem internam, & sabbatum spiritale, ut scilicet hinc admonerẽtur à suis operibus requiescere, ac sinere ut eos dominus, non ipsi sese sanctificarent. De quo Dominus apud Ezechielem prophetam ait. Insuper & sabbata mea dedi eis ut esset signum inter me & eos, & sciant quòd ego dominus sanctificans eos. Quanq̃ interim Iudæorum uulgus quemadmodum nunc, ita & olim, magis signis quàm rebus signatis inhæserit, quo factum est ut scriptura testatur Deum Iudæorum sabbata odisse cœpisse.

Exodi 31.

Eze. c. 20.

Esaiæ 1. se cœpisse. sic enim apud Esaiam est, Neome-
niam, & sabbatum, & festiuitates uestras non
feram, iniqui sunt cœtus uestri, calēdas uestras
& solennitates uestras odiuit anima mea, fa-
cta sunt mihi molesta. Causam autem subiecit
quippe quòd Iudæi sabbato non ad quietem a-
nimi, et mentis tranquillitatem erga deum cō-
parandam, sed tantum ad externam quietem,
quam supersticiosè obseruabant, abuterentur,
subdit enim: Manus uestræ plenæ sunt sangui-
ne. Lauamini, mundi estote, auferte mala co-
gitationum uestrarum ab oculis meis, quiesci-
DIES dñicus te agere peruersè, discite benefacere. Porro
eadē propemodū, quæ sabbatū externū Iudæis
significabat nobis significat dies dominicus, nisi
quod nos loco liberationis Israël ex Aegypto
(qui typus erat) admonemur, ut meminerimus
nos p̄ agni immaculati sanguinē, à fœdissima
tyrannide sathanæ redemptos, ne per ingra-
titudinem reuoluamur in maiorem seruitutem.
Deinde hic dies nos monet, ut quemadmodum
Christus nostri causa factus est obediens pa-
tri usq; ad mortem, mortem autem crucis, utq;
is superata morte ac operibus suæ dispēsatio-
nis consumatis, requieuit in sepulchro: ita &
nos mortificata carne, omnibusq; carnalibus
desyderijs

desyderijs consopitis, totos deo submittamus, Roma. 6.
ut consepulti cum Christo per baptismum, ul-
tra non seruiamus peccato, sed exhibeamus
membra nostra deo seruire iusticiæ in sancti-
ficatione. Eius nos admonet ecclesia diebus Aspersio
dominicis aquam benedictam aspergens. Præ- aquæ die
terea in præcessionibus signū crucifixi & ue- dñico.
xilla ueluti trophea quædam resurgentis do- præcessi-
mini ferre iubens, ut scilicet admoneremur eo ones.
die totos nos intentos esse oportere, ut per o- Roma. 6.
mnem uitam Christum crucifixum sequamur,
carnem una cum uicijs et concupiscentijs cru-
cifigentes, utq; quemadmodum Christus resur-
rexit per gloriam patris, ita & nos in noui-
tate uitæ ambulemus. Ita ceremoniæ laudabi-
les sunt, si in eis per uisibilia ad inuisibilia &
spiritualia proficiamus. Atq; hinc etiam fit, ut
præceptum de sabbato quantum ad exteriorē
ceremoniam attinet, charitati dei & proximi
cedere debeat. Quod & lex ipsa, licet Iudæis
obcœcatis, id non uidentibus, satis demonstra-
bat, quæ iubebat sacerdotes operari in tēplo.
Quamobrem et Christus toties cœcitatem Iu-
dæorum damnat qui externā ceremoniam sab-
bati saluti hominis præponebant. Vt, inter cæ-
tera, cum interrogarent Iudæi an liceret sab-

Matth. 12 batis curare? Respondit Iesus, quis ex uobis homo qui habeat ouem unã, etsi ceciderit hæc sabbatis in foueam, nonne tenebit & leuabit eam? Quanto magis melior est homo, oue? Itaq;, ut subijcit, licet sabbatis benefacere. Et statim ad domini iussum, restituta est manus arida hominis qui illic erat, sanitati. Quanquã autem Christianis uere pijs omnis dies dominicus habendus, ac in hunc modum spiritaliter sabbatizandum perpetuo: Propterea tamen sabbatum externum abrogatũ censeri non debet. Cum enim inter christianos plurimi adhuc sint imbecilles qui ad eam sabbatizandi perfectionem nondum pertingunt, retinenda erat hæc lex in ecclesia tanquã pædagogus imperfectorum, in eam sensim perfectionem quæ est in Christo Iesu adducens. Quin non tantũ infirmis, sed et perfectioribus, ac iam tota mẽte deo uacantibus, diebus festis ab omni opere externo cessandum est, tum ad conseruandam ecclesiæ disciplinam, tum ob uitandum scandalum, tum deniq; ut animus ab omni corporea actione auocatus, ardentior in dei contemplationem assurgat. Cæterum quies illa spiritalis inchoatur duntaxat in hac uita, nec ante perfecta futura donec e mundo migremus.

Sanctifi-

Sanctificant ergo recte sabbatum externũ, qui humanis negotijs postpositis, toti in laudem dei, & gratiarum actionem, diebus festis profusi sunt, uerbum dei, & officia diuina animo pio attentoq; audientes, peccataq; plangentes.

Qui peccant cõtra præceptum tertium.

1 Peccant contra hoc præceptum, qui aliquid operis externi exercent, nisi tamen magna necessitas excuset. Nam cum semper dei causa cæteris rebus longe anteponenda sit, & quottidie pietati studendũ, quis non uidet scelus esse, nolle, ut uel diebus dominicis externa cedant rebus internis. Numeri quindecimo legimus, Num. 15. eum hominem qui ligna collegerat in sabbato oblatum Moysi, Aaron, & uniuersæ multitudini, iussu domini lapidibus obrutum esse extra castra. In Exodo quoq; narratur, peccasse populum qui contra mandatum domini abierat Exodi 16. colligere manna in die sabbati. Quanto ergo magis putandum est, eos grauius peccare, qui diebus festis lucro studentes, negotiationibus
2 toti incumbunt. Deinde inpingunt in hoc præceptũ qui diebus festis spectaculis, ludis, aleæ, saltationibus sunt intenti, qui comessationibus, ebrietatibus uacant, qui colloquijs prauis & cantilenis diem sanctum conspurcant, quos Carthaginense & Toletanum concilium ex-

 communi-

communicandos decernunt. Præterea qui etsi 3
in templum ueniunt, & ceremoniam obser=
uent, spiritu tamen ea ipsa, ob quæ conueniunt,
Esaiæ 29. non perficiunt. Quos dominus apud Esaiam
designat. Populus hic (inquit) labijs me hono=
rat, cor autem eorum, longè est à me. Quin et
Ierem. 48 apud Ieremiã, maledictus is pronũciatur qui fa
cit opus dei negligenter. His uero grauius pec 4
cãt qui in tẽplo res profanas ac turpes tractãt,
sine reuerẽtia dei. Qui ne suũ delictũ leue esse
Ioan. 2. putent, re colãt Christum, facto de funiculis fla=
Mat. 21. gello, eiecisse ementes & uendentes de tem=
plo, ac dixisse Domus mea, domus orationis
uocabitur, uos autem fecistis illam speluncam
latronum. In summa, peccant contra hoc præ= 5
ceptum qui sabbatum internum prophanant
quod in dilectione dei & proximi consistit. In
festo excusantia opus hæc esse perhibẽtur. Pri=
mo opus ordinatum ad dei cultum. Secundo
nobis alijsue necesse, ut cum paramus cibos &
mãducamus, ita medicinas conficimus, ægrosq;
curamus. Tertio opera misericordiæ, ut se=
pelire mortuos. Quarto res aliqua parua,
ut modicum quid operari. Quinto grauis ui=
tatio damni, ut uerbi causa ingruentibus ho=
stibus, aut tempestate, licet nobis metere sege=
tes, uuas

Excusantia opus in festo

tes, uuas. &c. sabbatum enim (ait Christus)
propter hominem, non homo propter sab=
batum.

QVARTVM PRÆCEPTVM.

Honora patrem tuum & matrem tuam ut sis longæuus super terram,

Ratio ordinis.

Quoniam post deum proximè obligamur
parentibus. Primo, quia post deum sunt no=
stræ generationis principium, & causa subsi=
stentiæ. Secundo propter dulcem ab eis edu=
cationem & bonam institutiõem: idcirco post
tria præcepta de honorãdo deo, proximè sub=
sequitur præceptum de honorandis parenti=
bus, ut scilicet liberi cogantur ex diuino præ=
cepto id præstare, ad quod naturalis pietas
per se eos debuit compellere, sicut & natura=
li instinctu ciconia, infantiæ suæ uices repen=
dens, parentes senio confectos alere, & alis
suis subleuare dicitur. Quatuor sunt quæ
præcipiuntur hoc præcepto, amor, reuerentia,
obedientia, quantum ad bonos mores & rem
domesticam. Subuentio, in necessitate scilicet
eos alere.

Ciconiæ pietas.

Quatuor præcipiũtur in q̃rto præcepto.

eos alere. consolari, pro eis orare. Quæ qui-
dem prædicta non externo quodam appara-
tu sed synceriter & ex intimo cordis affectu
debent exhiberi propter Deum, quemadmodū
Ephe. 6. diuus Paulus ait: Filij obedite parentibus ue-
occupatio stris in domino, hoc enim est iustum. Neq; est
quod quispiam ab eo præcepto se auocari pu-
Luce 14. tet, propterea quod Christus ait apud Lucam.
Si quis uenit ad me, & non odit patrem su-
um, & matrem, & uxorem, & filios, & fra-
tres, & sorores, adhæc autem & animam su-
am, non potest meus esse discipulus. Ipse enim
Christus docet, quid uelit in eo loco, & alijs
similibus, ut interprete non sit opus. Sic enim
Matth. 10 inquit apud Matthæum. Qui amat patrem aut
matrem plusquam me, non est me dignus. A-
mandus ergo pater, sed præponēdus creator.
debetur affectus parentibus, sed maius obse-
quium salutis debetur Deo authori. Ergo pa-
De q[ui]bus præter paren[tes] intelligitur quartum præceptū. rentes relinquendi, si impediant deuotæ men-
tis affectum. Hoc autem præceptum quanquā
de patre & matre sonat, intelligendi sunt ta-
men omnes qui nobis præsunt, quando eadem
ipsorum est ratio, nempe quia dominus eos in
superiorem honoris gradum extulerit. Hinc
Hebræ 13. Paulus: obedite præpositis uestris & subiace-
te eis.

te eis, ipsi enim peruigilant quasi rationem de
animabus uestris reddituri. Et alibi ait. Red- Roma. 13
dite omnibus debita, cui honorem, honorem,
cui tributum, tributum: cui uectigal, uectigal:
cui timorem, timorem: cui honorem, honorē.
Nemini quicquam debeatis nisi ut diligatis in-
uicem. Idemq; admonet, nos potestati sub-
ditos esse debere, non solum propter iram sed
etiam propter conscientiam, ne scilicet consci-
entia coram deo rea fiat. Ex prædictis satis Qui pec-
liquet quibus modis contra hoc præceptū pecca cant con-
1 tur. Nam in primis huius præcepti rei sunt qui tra quar-
parētes nō ex animo diligūt ac magnifaciunt. tum præce-
Item, quos inopiæ & humilitatis parentū pu- ptum.
det, qui non prospiciūt eis uictum & alia ne-
cessaria. Hi enim huius præcepti interpretati-
onem cōtemnunt quæ est apud Ecclesiasticum. Eccle. 3.
Qui timet deum, honorat parentes, & quasi
dominis seruiet his qui se genuerunt, & ope-
re, & sermone, & omni patientia. Item, quàm
2 malæ famæ est qui relinquit patrem. Præte-
rea grauius peccant qui parentes suos affli-
gunt, rident, execrantur, eis non obediunt: de
quibus in Exodo. Qui percusserit patrē suum, Exodi 21.
aut matrem, morte morietur. Et in Leuitico: Leuit. 20.
Patri matriq; qui maledixerit, sanguis eius sit
super

Prou. 19. super eum. Et in prouerbijs. Qui affligit patrem, & fugit matrem, ignominiosus erit & infœlix. Item, oculum qui subsannat patrem,
Prou. 30. qui despicit partum matris suæ, suffodiant corui de torrentibus, & comedant eum filij aquilæ.
Gen. 9. Exemplo est Cham filius Noë qui se, totamq; posteritatem suam maledictioni inuoluit, quòd patris sui turpitudinem non operuerit, sed deriserit. Tertio peccant in hoc præceptum qui ecclesiæ præsidibus iniurij & ino-
Nume. 16 bedientes sunt, quemadmodum Dathan, Core, Abiron, qui propter suam erga Mosen et Aaron inobedientiam, uiui absorpti referuntur. In summa peccant in hoc præceptum qui eos quorum curæ commissi sunt temere aspernantur, aut debito honore non afficiunt. Porro præceptum hoc exequenti promittitur merces, nempe uitæ longitudo. Nec abs re, quòd deceat ut ipsis uita prolongetur qui parentes colunt huius uitæ post deum authores. Paulus

merces seruãtibus præceptũ.

Ephesi. 6. hoc præceptum ait primum esse in promissione, quia primum est cui adiecta est promissio. Neq; sequitur econuerso, eum qui cito & ante iustam ætatem ex hoc mundo eripitur à deo maledictum esse. Quin potius accidit interdum, ut quò quisq; magis diligitur à deo, cò citius

proscatalipsis.
Sapiẽ. 4. Raptus ẽ, ne malicia mutaret intellectum eius.

citius recipiatur ex hac uita, atq; ita recipiet mercedem in uita futura.

QVINTVM PRÆCEPTVM.

Non occides.

transitio.

Post tria præcepta ad religionem cultũq; deo debitum ordinata, & post quartum de pietate exhibenda: deinceps uetantur nocumenta quæ proximo inferri possunt. Primo quidem in præcipuo eius bono scilicet in persona propria. Expreßè quidem corporalia homicidia & cædes, conuinctim etiam omnis mutilatio & læsio corporis: suppreßè etiam sub uetatione effectus, etiam illius causæ uetantur, ut sunt maledicta inimicitiæ. &c. Id quod Christus apud Matthæum docet, cum ait. Audistis quia dictum est antiquis. Non occides, qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico uobis, quia omnis qui irascitur fratri suo temerè, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo racha, reus erit concilio. Qui autem dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis. Primus enim gradus ad lædendum est ira in animo concepta, quæ nihil aliud est quàm ulciscendi cupiditas, proximus.

Quæ prohibentur in quinto præcepto.

Matth. 5.

gradus ad lædendum

ira erum-

Ira erumpens in uocem indignationis, quam dominus appellat racha. Tertius dolor erumpens in manifestum conuicium, ut cum dicimus fatue. Plane ergo Christus docet, non tantum homicidam esse apud deum, qui uitam proximo eripuit, sed omnem illum qui proximum odit, hoc est, qui male uult: tametsi iram in animo celauerit. Vnde Ioannes. Qui odit fratrem suum, homicida est. Damnatur ergo in uniuersum cor erga fratrem malè affectum, et priuatæ uindictæ cupiditas. Porro hoc præceptum non pertinet ad magistratus qui publica iudicia exercent, & legitimis pœnis sontes afficiunt. Non enim ipsi sunt qui occidunt, sed lex dei ferit, iubens unum membrum tolli ob totius corporis incolumitatem. Non enim iudex suo nomine, sed Dei uindicat, nec frustra gladium portat (ut Paulus ait) Vindex in iram ei qui male agit. Et in Exodo ait dominus. Si quis per industriam occiderit proximum suũ, & per insidias, ab altari meo auelles eum, ut moriatur. Idem de bello sentiendum est cum iustè suscipitur. Quod tum fit cum non uoluntariè sed coactè suscipitur, cum nulla alia spe pacis ac iusticiæ tuendæ, non priuata sed publica authoritate. Deinde cum ex iusta causa

1. Ioan. 3.

Proscata-lipsis d'magistratu.

Rom. 13.

Exodi 21.

bellum.

indicitur, ueluti sunt: pacis publicæ tuitio, patriæ defensio, & in primis seditionis compressio. Ad hunc modum Dauid aliosq; uiros pios pugnasse legimus, ut uerbi causa, Absolon cum seditionem mouisset, necessitas bellum suasit: quod postea commissum est. Vnde & Ioannes cum milites accessissent, eumq; rogarent quid illis agendum sit. Neminem (inquit) concutiatis, sed contenti estote stipendijs uestris. Contra præceptum hoc peccant primo qui ira ac odio in proximum deflagrant. Nam omnis qui odit fratrem suum homicida est, ait Iohannes. Et in Leuitico præcipitur ne odio habeamus fratrem in corde nostro, sed ut publicè arguamus eum, ne habeamus super illo peccatum. Secundo qui contumelia proximum afficiunt, qui famã eius proscindũt. Calumniator et criminator pro gladio lingua utũtur, sicut scriptũ est: linguam maledicã esse malum plenum ueneno mortifero, quam & Psaltes nouaculæ acutæ confert. Tertio qui cum possint seruare proximum, non seruant, aut qui facultatibus proprijs exuunt. Vnde illud uulgare Ambrosij. Pasce fame morientem. Quisquis enim hominem pascendo seruare poteris, si nõ paueris, fame occidisti. Et apud Ecclesiasticũ.

2. Reg. 15.

Lucæ 3.

Cōtra præceptũ quitũ pec.

1. Ioan. 3.

Leuit. 19.

Iacobi 3.

Psal. 63.

Eccle. 34.

panis egentium uita pauperis est, & qui de-
fraudauerit eum, uir sanguinum est. Eodem
reatu obstringitur qui ob iusticiã captiuos non
redimit, aut cum potest, à fratre iniuriam non
repellit. Quarto qui homicidium commit- 4
tunt qui uel imperio, uel consilio, uel impulsu,
uel dissimulatione in mortem hominis consen-
serunt, qui alios in mutuum dissidium alliciũt,
discordiam excitant. Sic Dauid occidit Vriã,
sic Iesabel Naboth. Herodias Ioannem bapti-
stam. Quinto qui manu ipsa cædem perfi- 5
ciunt quos lex morti absq; ulla misericordia
Exo. 21 addicit. Qui percusserit (inquiens) hominem,
uolens eum occidere, morte moriatur. Item,
Si quis per industriam occiderit proximum su
um, & per insidias, ab altari auelles eum, ut
morte moriatur. Sexto peccant in hoc præ 6
ceptum Iudices qui sontem damnant, non ut
suo officio, sed affectibus satis faciant, obliti
2.Par.19. eius quod Iosaphat iudicibus præcepit. Non
hominis exercebis iudicium sed domini, &
quodcunq; iudicaueritis, in uos redundabit.
Sit timor domini uobiscum, & cum diligentia
cuncta facite. Postremo non dubium est, e- 7
os contra hoc præceptũ peccare qui sibi mor-
tem consciuerunt. Lex enim generalis est quæ
simpliciter

simpliciter prohibet ne occidamus. Quod ta-
men de his intelligi uolunt qui uel desperatio-
ne gratiæ dei, uel impatientia uitam abrum-
pũt. Nam aliud est iudicium de his qui amen- mẽte capti
tia laborantes, sibi manus adferunt. Omne e-
nim iudicium mentis morbus hic adimit. Fi-
nitimi sunt seipsos enecantibus, qui crapula
aut ebrietate se obruunt ac enecant. Nam sa- Eccle. 37.
pientis uerbum est. In multis escis non deerit
8 infirmitas. Item propter crapulam multi pe-
rierunt, qui continens est adijciet uitam. De-
niq; huius præcepti uim non præstant qui scã-
dalo sunt alijs, hoc est, præbent occasiõem ru-
inæ, uel peccati: aut qui delinquentes non ob-
iurgant, uel non puniunt.

SEXTVM PRÆCEPTVM.

Non mœchaberis.

Præcedenti præcepto uetamur facere iniu- Ratio or-
riam proximo in persona eius. Quoniamue- dinis.
ro uxor existimatur una persona cum marito
suo, proinde hoc præceptum rectè subiungitur
præcedenti quo prohibetur iniuria proximo
in persona uxoris eius. Mœchia enim adulte-
rium est. Præceptum hoc Christus interpræ Interpræ-
tatio præ-

cepti à christo data. tatur apud Matthæũ docens eo submoueri nõ tantum externum adulterium, sed omnem penitus adulterij causam ac radicem, atq; adeò

Matth. 5. omnes affectus qui huc tendunt. Audistis (inquit) quid dictum est antiquis. Non mœchaberis, Ego autem dico uobis, quia omnis qui uiderit mulierem ad concupiscẽdum eam, iam mœchatus est eã in corde suo. Coniunctim hoc præcepto prohibetur omnis actus uenereus seu omnis extra legitimi matrimonij copulam illicitus concubitus omnisq; naturalium mem-

Deute. 23. brorum innaturalis usus. Hinc in Deuteronomio dicitur. Non erit meretrix de filiabus Israél. Paulus item fornicatiõem non in uno loco detestatur ac prohibet. Hæc est (inquit) uolũtas dei, sanctificatio uestra ut abstineatis uos

1. Cori. 6. à fornicatione. Rursus, fugite fornicationẽ. Et

Ephe. 5. alibi. Fornicatio aũt & omnis immundicia,

1. Cor. 10 ne nominetur in uobis. Itẽ. Neq; fornicemur, sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, & ceciderunt

Num. 25. una die uiginti quatuor millia. Hæc enim omnia in figura contingebant illis, scripta autem sunt ad correptionem nostram, in quos tem seculorum fines deuenerunt. Nec dubitat tantus Apostolus scortatores regno cœlesti excludere, cum inquit. Neq; scortatores, neq; adul-

1. Cor. 6. teri, neq;

teri, neq; molles. &c. regnum dei poßidebũt. Qui contra hoc præceptum peccent, notum ex ante dictis.

PRÆCEPTVM SEPTIMVM.

Ratio ordinis. Postq̃ superius uetitum esset in personam proximi inferre iniuriam, hic deinceps uetamur eidem in bonis illius quomodocunq; nocere: Furti enim nomine hic accipitur omnis

Quid uetat præceptum. usurpatio atq; usus rei alienæ inuito domino, breuiterq; omne damnum quod proximo in bonis temporalibus inferri potest. Nam qui furtum uetuit, rapinam non permisit. Cæterũ

occupatio Exodi 11. quod in Exodo legitur Dominus per Mosen Hebræis mandasse ut acciperent ab Aegyptijs uasa aurea, argentea & uestes preciosas ut spoliarent Aegyptum. Nihil habet cum hoc præcepto commune. Nec illi deo obtemperantes furtum commiserunt, sed deo iubente impleuerunt mysterium. Mandatum dei erat, cuius est terra & plenitudo eius. De quo iudicandum non fuerat; sed obedientia tantum præstanda.

Peccata contra præceptũ septimum. Peccata contra hoc præceptum, furtum, rapina, detentio alieni, damnum illatum, usura, fraus in emptione aut alijs cõtractibus, de qui-

Qui cogũtur ad restitutionẽ.

bus dictum est ubi de peccatis egimus. Ad
restitutionem qui coguntur. Fur, actorue ma-
li, sortem, id est, principale ablatum, damnũq;
refundat. Iußio, consilium, consensus, lausq;,
recursus. Participans, mutus, id est, qui tacet
potens & debens impedire, non obstans, non
manifestans.

OCTAVVM PRAECEPTVM.

Non loquaris contra proximum tuum falsum testimoniũ

Sensus octaui praecepti.

Vetatur hoc praecepto omne nocumentum
quod uerbis inferri potest proximo, quasi di-
ceret, siue ad referendum testimonium uocatus,
siue extra iudicium, in uulgari et communi lo-
cutione, nullũ uerbis tuis incommodum infe-
res proximo. Peccant contra hoc prae-
ceptum. primo, qui in iudicio falsum testimo- 1
nium contra proximum perhibent. Quos scri-
ptura poenam à Deo certò expectare asserit.
Nam in prouerbijs scribitur. Testis falsus non
erit impunitus. Peccati huius grauitas exem-
plis declaratur. Nam testes qui falsum testi-
monium perhibuerunt contra Susannam, oc-
cisi sunt.

Cótra octauum praeceptũ peccãtes.

Prou. 19.

Dani. 13.

cisi sunt. Iudaei, qui Christum falsis innixi te-
stimonijs accusarunt, maiorem culpam quàm Ioan. 19.
2 Pilatus habuisse asseruntur à Christo. De-
inde qui proximo, qualibet detractione iniu-
riantur, ut famae & opinioni eius notam inu-
rant, quod scriptura damnat. Detrahentem
(inquit Psaltes) secreto proximo suo, hunc Psal. 100.
persequebar. Et in Prouerbijs. Abominatio Prou. 24.
hominum detractor. Et Iacobus. Nolite (in- Iaco. 4.
quit) detrahere alterutrum fratres mei. De-
tractoribus uero non multo meliores sunt, qui
detractionibus facile aures accommodant.
Vnde sapiens commonet. Sepi aures tuas spi-
nis, & linguam nequam noli audire. Nec du- Ecclesi. 28
bium est detractorem à maledicentia sua sibi
temperaturum, si audire alij recusauerint. Nã
ut scriptura testatur: facies tristis dißipat lin- Prou. 25.
guam detrahentem. Quod si forte fortuna de-
tractoris conuicia in proximum audiamus, sa-
pientis consilium sequendum est. Audisti uer- Eccle. 19.
bum aduersum proximum tuum? commoria-
3 tur in te, fidens quoniã te non dirumpet. Prae-
terea peccant in hoc praeceptum susurrones,
Qui conturbant amicos. Non eris (inquit lex) Leuit. 19.
criminator & susurro in populis. Item simu-
lantes, qui una manu panem, altera lapidem,

Detractoribus aures accommodãt.

 ut dicitur

Prouer. 8 ut dicitur tenet. Os (inquit scriptura) bilin-
guæ detestor. Item Est qui nequiter humiliat
se, & interiora eius plena sunt dolo. Pari re-
atu tenentur adulatores, qui ad potentiorum
gratiam captandam, eorum dicta ac facta, e-
Ecclesi. 7. tiamsi mala sint, prædicant. De quibus Solo-
mon. Melius est a sapiente corripi, quàm stul-
Esaiæ 5. torum adulatione decipi. His & Esaias mina-
tur. Væ qui dicitis malum bonum, & bonum
malum. Peccant insuper in hoc præceptum, qui
proximi uitam, uerba, aut facta malè interpre
tantur, aut in odium adducunt, ait enim Chri-
Matth. 7. stus. Nolite iudicare & non iudicabimini.
Quibus uerbis illa, quæ dubium est quo animo
fiant, in bonam partem iuterpretari iubet Chri
stus, ut ante dictum est. cũ de peccatis egimus.
Solutio quæstiõis. At queret aliquis. Num peccabimus si crimen
fratris publicè factum, publicè etiam detesta-
bimur? Is sibi hoc responsum habeat, nequa-
Matth. 7. quã id prohiberi. Nam dominus ait. Ex fructi
bus eorum cognoscetis eos. Quod de ma-
nifestis uitijs dictum est. Sed hic ad tria re- 1
spiciendum est, primum, ut non aggrauemus
crimen, sed nostræ quoq; infirmitatis memores
cum odio criminis charitatem proximi retine-
amus. Vnde Paulus (inquit) fratres si præoccu-
Gala. 5. patus

patus fuerit homo in aliquo delicto, uos qui
spirituales estis, huiuscemodi instruite in spi-
ritu lenitatis, consyderans teipsum, ne & tu
tenteris. Non ineptè monet Bernardus. Si po
tes inquit excusa actionẽ, si non, excusa inten-
tionem, si nec intentionem, axcusa tentationẽ.
Nam hoc ut facias charitas postulat, quæ o- 1. Petri 4
2 perit multitudinem peccatorum. Secũdo ne
non suo loco & tempore, quum scilicet iudi-
cando profuturi non sumus, iudicemus. Nam
qui aliter iudicat, à charitate excidit, & ma-
lum non corrigit, adeò ut & deterius faciat.
Vnde sapiens. In conuiuijs uini, non arguas Ecclesi. 31
proximum tuum. Quod scilicet plane intem-
pestiuum sit inter pocula corripere, ubi pec-
cantem, non ad pœnitentiam, sed ad furorem
citius concitaueris, et compotores non ad mi-
3 sericordiam, sed ad contemptum. Tertio, si
priuatim in nos peccatum fuerit, modus iudi-
candi à Christo præscriptus seruandus est.
Si, inquit, peccauerit in te frater tuus, uade cor Matth. 18
ripe eum inter te, & ipsum solum, si te non
audierit, adhibe tecum unum uel duos, ut in
ore duorum uel trium testium stet omne uer-
bum. Quod si non audierit, dic ecclesiæ. sin
autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut eth-
P 5 nicus

nicus & publicanus. De ea re uide locum in quo de superbia egimus. Hoc præceptum exponentes faciunt quidam mendacium triplex: Officiosum, iocosum, & perniciosum.

Mēdacium triplex.

Officiosum id esse dicunt, quod nulli nocet, & alicui prodest. Hoc illi non ducunt esse capitale, non audent tamen pronunciare omnino non esse peccatum. Quinetiam peccatum esse definiunt, sed excusabilius ac ueniale.

officiosum

Iocosum mendacium est, quod, ut nemini obest, ita & nemini prodest, oblectandi causa dictum. Quod etsi capitale non sit, minus tamen licet id mentiri quàm illud officiosum, futurum etiam capitale si aßiduitate grauetur. quod satis testatur locus ille in Ecclesiastico: Noli mentiri omne mēdacium, aßiduitas enim illius mala est. Nec mirum, quòd de omni uerbo ocioso reddendam esse rationem in die iudicij Christus affirmauit. Nec tamē propterea putandū est præcipi, ne etiam docendi causa adhibeātur docti apologi, aut parabolæ, pietatem annexam habētes, modo sciat auditor quorsum uerba quæ audierit dicta sint. At, qui loquacitatis uitio, uel delectatione mendacij (qua se facetos putant) mentiuntur: idq; ad eum modum, ut uel hinc uariè placeant, uel, ut audientes, uana credulitate imbuant ac fallant, hi quomodo excusentur, non liquet doctis quibusdam Augustinus ait, si ad scripturas sacras admista fuerint mendacia, nihil remanet in eis soliditatis.

iocosum. Ecclesi. 7. Matth. 12. Augus. ad Hiero.

Perniciosum mēdacium seu malignum, id iure censetur, quod nulli prodest, & alijs obest, quod est contra bonos mores ac fidem, quod eo fine dicitur ut proximo, uel uitæ, uel famæ, uel bonorum externorum iacturam afferat, quod omnino damnabile est.

pniciosum

PRÆCEPTUM NONUM.

Non concupisces domum proximi tui.

DECIMUM PRÆCEPTUM.

Nec desyderabis uxorem eius, non seruum, non ancillam, non bouem, non asinum, nec omnia quæ illius sunt.

Præceptum nonum potuisset compræhendi sub sexto: decimum item sub septimo, tamen ne quis

ne quis existimaret solam uxoris alienæ concupiscentiam peccatum non esse, nisi exterius in actum carnalem proruperit, sicuti Paulus
Roma. 7. dicebat in persona uulgi. Peccatum nō cognoui, nisi per legem. Nam concupiscentiam non cognoui, nisi lex diceret. Non concupisces. Eam ob rem lege diuina (ubi uel de intimis cordis cogitationibus iudicatur) uiolandæ uxoris alienæ deliberata uoluntas (quæ etiam propter aliquod internum impedimentum in opus exterius non exit) hic uetatur expresse: implicitè etiam omnes illiciti affectus carnales, omnisq; libidinosus consensus in delectationem luxuriæ, cuiusmodi sunt impudici risus, tactus, & oscula, lasciuus sermo, et in cogitatione uenereorum delectatio. Ob eam causam & decimum præceptum seorsim à septimo, sub quo comprehendi poterat, distinguitur: ne scilicet putaretur, cupiditatem, cum sit consensus, non exierit in actum, peccatum non esse. Qualis fuisse perhibetur Iosephus, qui Polybium hominem ethnicum reprehendit, quod ille Antiochum illustrem miserè periisse testetur, ob id tantum quòd uoluerit ac destinarit spoliare templum Dianæ. Quod Iosephus absurdè dictum putat, definiens male, sano

le, sano quidem iudicio, eum nullatenus egisse peccatum. nulloq; reatu teneri qui tantum peccare cogitasset. Proinde expreßè uetatur efficax uoluntas furandi aut iniustè usurpandi alienum si adesset oportunitas. Quamuis autem in cæteris quoq; efficax uolūtas (præpedita tamen ne in opus exeat) de se mala sit, ueluti est uoluntas non seruiendi deo, peierandi, non sanctificandi sabbatum, non honorandi parētes, occidendi quempiam, & falsum testimonium dicendi: tamen quia hæc potius habent in se quid horribile: uenerea autem uoluptas habet in se quid delectationis, & diuitiæ quid utilitatis. unde hæc duo propter se appeti possunt. his accedit quòd natura humana ad istas duas concupiscentias est ualde prona: idcirco opus erat ut in his, ad quæ ueluti bona quædā corporis declinamur ac ueluti rapimur, nō tātum factū, sed et affectus prohiberētur. Contra nonū præceptū sic peccatur et partem ultimam decimi, Si possem raperem, procuro damna propinqui, ludo lucri causa, male quærere multa peropto. Contra primam partem decimi de non concupiscenda uxore alterius, sic peccatur. Alterius uiolare torum qui mente paratus. Qui uetitos uisus, tactus, & basia figit.

Venus diuitiæ.

Quomō peccatur contra nonū præceptum.

Cōtra decimum.

sua figit. Qui loquitur lasciua, suasq; ijs ara-
rigit aures. Nec carnem reprimit, sed tur-
pia mente uolutat. Comptus & incedit turpi
pellectus amore. Quiq; modis alijs turpes
mollitur amores. Hactenus de interpre-
tatione decalogi, pro ratione compendij dictū
Epitome decalogi. — esto. Cuius est epitome apud Matthæum. Pri- — Mat. 22.
mum præceptum & maximum (ait Christus)
Diliges dominum deum tuum ex toto corde
tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente
tua. Secundum autem simile huic, & pro-
ximum tuum sicut teipsum. In his duobus man-
datis tota lex pendet, & prophetæ, ita Chri-
Rom. 13. — stus. Vnde & Paulus. Consumatio (ait) legis,
est dilectio. Quid autem sit diligere deum ex
toto corde, ex tota anima, dictum est in ex-
Pximus. — planatione primi præcepti. Proximus autem
est omnis. cui impendere misericordiam, seu
bonum aliquod possumus, & debemus, sicut
ipse nobis uicissim. Nomen enim proximi, ad
aliquid est. Nec quisquam proximus esse, nisi
proximo potest. Verum nemini denegandum
esse misericordiæ officium, Christus ipse para-
bolicè ostendit apud Lucā de Samaritano qui
Lucæ 10. — exhibuit misericordiam Iudæo ei multum ali-
eno natione, professione, & cōditione. Ideoq;
concludit

concludit illum huic fuisse uerè proximum. Et
sic omnis homo omni homini proximus est, tā
ob consimilis humanæ naturæ communionem,
quàm ob eiusdem beatitudinis, ad quam uo-
cantur, participationem. Addit autem modum
diligendi proximi dicens: sicut teipsum. prius
tamen teipsum, deinde proximum. Ordinatam
enim oportet esse charitatem. Ordinata au-
tem charitas incipit à seipsa. Qualis autem
charitas esse debeat, docet Iohannes in episto- — 1. Ioan. 3.
la, Filioli mei non diligamus uerbo neq; lin-
gua, sed opere & ueritate. In hoc cognosci-
mus quòd ex ueritate sumus, & in conspectu — Beda.
eius suadebimus corda nostra, hoc est, tales
cogitatiões corda nostra habere suadebimus,
quæ diuinis sunt dignæ conspectibus.

ADVENTVS Christi.

Qui quidem mediator. &c.

1 Augustin. — CAusæ dilationis aduentus Christi po- — Causæ dilationis aduentus Christi.
nuntur. Prima quòd sic Deus apud se
constituerat. de qua re Augustinus libro 1. de
2 — prædestinatione sanctorum cap. nono. Altera
reddens causam prioris, cur scilicet post mul-
ta secula Christus uenerit. Quia uolebat non
ante

ante uenire, donec diabolus mensuram omnem maliciæ impleret, quam Christus sanaturus esset. De eo ita Theophilactus super Lucam. Sicut (inquit) medici sinunt in sæui morbi ulceribus colligi humorem, et deinde remedia apponunt: Ita et peccatum oportebat omnes suas species indicare, & deinde magnum medicum imponere pharmaca: et propterea Christus expectauit, donec diabolus maliciæ mensuram impleret, & tunc demũ incarnatus est, & omne genus maliciæ per sanctam uitam suam sanauit. Ita ille. Addunt alij alias causas quòd conueniebat desyderari & magnis & crebris gemitibus & suspirijs postulari rẽ tantam, ne uile esset tam grande beneficium: & grauitatẽ peccati mortalis, & miseriæ in qua eramus, oportebat nos prius nosse, ut deinceps cautiores essemus, & diuinæ in nos benignitatis gratiores. Deducenda etiam erat natura nostra de imperfecto ad perfectum, Et quanto maior iudex, & præcellentior medicus ueniebat, tanto eum longior præconum series præcederet, par erat.

Teophil. sup 14. c. Lucæ.

Andreas Vega i Cõciliũ Tridentinum.

1

2

Vbi autem aduenit plenitudo temporis. &c. Imitatio Pauli ad Galatas quarto,

latas quarto. Vbi uenit (inquit) plenitudo tẽporis misit deus filiũ suũ, factum ex muliere. Dicitur autem à Paulo, tempus aduentus Christi, tempus plenitudinis. Quia in eo impleta omnia & consumata. Vnde & Augustinus illa uerba Pauli. Quotquot enim promissiões dei sunt, in illo sunt: sic exponit, id est, in illo sunt exhibitæ. Iure igitur tempus plenitudinis hoc tempus dicitur: impletæ siquidem in eo prophetiæ, promissiones, figuræ aduentus, uitæ & passionis Christi: impleta & in hoc tempore ecclesia deo ipso, qui corporaliter inhabitare cæpit in ipsa, nunq̃ illam usque ad finem mundi deserturus. Multis patribus promissus. de hac promissione ante dictum est.

Aduẽtus Christi plenitudo temporis. 2. Cor. 1.

Pœnasq́ peccato hominis debitas. &c. Tres causæ præcipuæ ponuntur aduentus Christi, una ut pœnas debitas peccato hominis, in cruce persolueret ceu uerus agnus, De eo ita Esaias. Verè languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portauit, & nos reputauimus eum quasi leprosum, & percussum à deo & humiliatum: ipse autem uulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra, disci-

1

Causæ aduentus Christi. Esaiæ 53.

plina pacis nostræ super eum, & liuore eius
Ioannis 1. sanati sumus. &c. Et Ioannes. Ecce agnus
1. Ioan. 2. dei, ecce qui tollit peccata mundi. Et: ipse est propitiatio pro peccatis nostris, & non pro nostris tantum, sed etiam pro totius mundi. Mundus autem comprehendit ætatum omnium homines. Et Paulus, Eum qui non nouerat
2. Cor. 5. peccatū, pro nobis peccatū fecit, ut nos efficeremur iusticia Dei in ipso. Vbi dicens peccatum fecit, intelligit uictimam peccati nostri expiatricem. Secunda causa aduentus Christi, ut 2
Ephe. 2. nos filios iræ natura existentes, ut Paulus loquitur, recōciliaret deo patri, de quo Paulus.
2. Cor. 5. Ecce facta sunt omnia noua. Omnia autem ex deo qui nos reconciliauit sibi per Christum, & dedit nobis ministerium reconciliatiōis. Quoniam deus quidem erat in Christo mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum, & posuit in nobis uerbum reconciliationis. Tertia causa liberatio à tyrannide diaboli, de qua ante dictum est. de qua re Pau- 3
Hebræ. 2. lus. Quia ergo pueri communicauerunt carni & sanguini, & ipse similiter participauit eisdem, ut per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium, id est, diabolum, et liberaret eos qui timore mortis per totam uitam obnoxij

tam obnoxij erant seruituti. Adduntur aliæ causæ: inter cæteras, illa una, ut esset Christus exemplum pie & honeste uiuendi in hoc seculo fidelibus, homines enim malunt exempla
Ioā. 13. quàm uerba, ut ait Lactantius. Vnde Christus loquitur. Exemplum dedi, ut quemadmodum ego feci, ita & uos faciatis. Et alibi. Discite à me quia mitis sum, & humilis corde. Quamuis autem sapientiæ & potentiæ diuinæ non defuere alij modi, quibus miseriæ nostræ subueniri potuit: tamen, ut Augustinus, disserit, nullus modus fuit nostræ miseriæ sanandæ cōgruentior. Nullo enim alio modo potuerunt nobis magis patere uiscera misericordiæ dei in nos, nullo magis nobilitari natura nostra, nullo magis allici ad dei, & proximorum amorem, nullo melius, & plenius omnium uirtutū exempla doceri, nullo potentius & sapientius ab omni miseria nostra, & à potestate dæmonis liberari.

Lact. c. 24 lib. 4.

CVR Christꝰ eo modo liberauerit genus hūanū Augustin. 13. de tri.

Id quod futurum hostiis illis. &c. De eo ita Paulus ad Hebræos. Vmbram enim habens lex futurorum bonorum, non ipsam imagnem rerum, per singulos annos eisdem ipsis hostijs quas offerunt indesinen
Hebr. 10.

indesinenter, nunquam potest accedentes perfectos facere, alioqui cessassent offerri, ideo quòd nullam haberent ultra conscientiam peccati, cultores semel mundati, sed in ipsis commemoratio peccatorũ per singulos annos fit. Impoßibile enim est sanguine taurorũ et hircorum auferri peccata. Hæc ille, & plura hisce de rebus.

Finis recõciliationis humanæ cum deo.

Vt sine timore. &c. Finis reconciliationis cum deo, & liberationis à peccato, & tyrannide diaboli per Christi paßionem, describitur, is scilicet, ut fideles liberati de manu inimicorum sine timore seruirẽt deo in sanctitate et iusticia omnibus diebus suis, sicut ait Zacharias apud Lucam, ut iustificati assequerentur uitam æternam qua exciderant amissa originali iusticia, de qua ante dictum est. De qua re & Paulus in multis locis. ut ad Titum. Apparuit (inquit) gratia dei saluatoris nostri, erudiens nos, ut abnegantes impietatem, et secularia desyderia, sobriè & iustè & piè uiuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem, & aduentum gloriæ magni dei, & saluatoris nostri Iesu Christi, qui dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, &

Lucæ 1.

Titum 2.

te, & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum. Et alibi. Non ergo regnet peccatum in uestro mortali corpore, ut obediatis concupiscentijs eius. Sed neq; exhibeatis arma iniquitatis peccato, sed exhibete uos deo, tanq̃ ex mortuis uiuentes, et membra uestra arma iusticiæ deo.

Roma. 6.

IVSTIFICATIO.

Post amißã orignalẽ iusticiã q̃ regnũ cœlorũ habituri sunt.

Vt quod iusticia illa prima amissa. &c.

Docetur post amissam orignalem iusticiam, non habituros uitam æternam, nisi iustificatos. Cæterum quæ sit orignalis iusticia, dictum est, ubi egimus de peccato originali.

Causæ iustificationis. de quibus plura inferius.

Ro.3. Quæ autem sint causæ iustificationis, ostenditur ex tertio cap. Pauli epistolæ ad Romanos.

I Prima quidem causa est misericordia dei, qui (ut ait Ioannes) prior dilexit nos, & misit filium suum propitiationẽ pro peccatis nostris. (1.Io. ca.4) Qui quidem Christus, dicente Paulo, cum adhuc infirmi essemus, secundũ tẽpus pro impijs mortuus est. (Roma. 5.) Atque ita (ut Paulus ait) iustificati gratis, nõ scilicet propter cuiusq̃ bona opera. Fuimus enim immundi omnes (ut Esaias loquitur)

Esaiæ 64.

quitur) & iusticiæ nostræ uniuersæ quasi pan-
nus mẽstruatæ, utpote non lotæ sanguine Chri-
1.Corin. 1 sti Iesu. Qui referente Paulo, factus est nobis
sapientia, & iusticia & sanctificatio & re-
Secunda causa. demptio. Secunda causa iustificationis effi-
ciens, quæ obsequens dicitur, à Paulo posita,
Apoc.1. paßio Christi Iesu. Qui, ut Ioannes ait, dilexit
nos & lauit nos à peccatis nostris in sanguine
suo, & fecit nos regnum & sacerdotes deo et
proscatalipsis. patri suo. Non quòd omnes sacerdotum pote-
state sint præditi, ut sacramenta conficere pos-
sent, quemadmodum ueri sacerdotes: sed quia
sacrificium laudis quottidie deo christianos o-
Rom. 12. portet offerre, et, iuxta Pauli sententiam, cor-
pora sua hostiam uiuam, sanctam, deo placen-
Tertia causa. tem. Tertia causa est instrumentalis, qua
quasi instrumento quodam applicamus nobis
Christi paßionem, per quam cum inimici esse-
Roma. 5. mus reconciliati sumus deo, ut Paulus docet.
Cæterum ut planius hæc pernoscantur, dicen-
Iustificatiõis etymõ dum est quid sit iustificatio. Iustificatio dedu-
citur à uerbo iustifico, quod componitur ex no-
mine iustus, & facio, unde iustificare signifi-
cat iustum facere, sicut sanctificare sanctum fa-
cere. Et iustificari paßiuè, id est, iustum fieri,
sicut sanctificari sanctum fieri. Itaq; iustifica-
tio nihil

tio nihil aliud est quàm iusti effectio. Porro Iustifico et iustificor
iustifico & iustificor, tres significationes ha-
bere in literis sacris inueniuntur quas & iu- quot modis accipiũtur in literis sacris.
1. stificationem habere oportet. Primo iustifi-
care idem est quod aliquem iustum ostendere,
& innoxium pronunciare, in qua significatio-
ne frequenter accipitur à iurisconsultis. Eius
significationis est expemplum apud Esaiam. Esaiæ 5.
Væ qui iustificatis impium pro muneribus, hoc
est, iustum pronunciatis, & à criminibus absol
uitis. Et apud Iob. Si iustificare me uoluero, Iob 9.
os meum condemnabit me. Et apud Matthæ-
um inquit seruator. Ex uerbis tuis iustificabe-
ris, & ex uerbis tuis condemnaberis. Vbi si-
gnificatur unumquenq; iuxta uerba sua pro-
2. nunciandum, uel iustum uel reum. Secundo,
iustificare accipitur, pro eo quod est uerè, &
re ipsa facere iustum, sicut rectificare, pro eo
quod est rectum facere. Iuxta quam significa-
tiõem deus dicitur iustificare peccatores, quod
illos iustos faciat. Et peccatores dicuntur iu-
stificari cum iusti fiunt. In hac significatione ut
plurimum utuntur doctores uerbo iustificandi
cum agunt de iustificatione. Et eo modo utitur
Paulus hoc uerbo. Cum de deo dicit. Quos Roma. 8.
prædestinauit, hos & uocauit, & quos uoca-

 uit, hos

2.Cor. 6. uit, hos & iustificauit. Et paulo post. Quis accusabit aduersus electos dei? deus qui iustificat. Et cum dixit Corinthijs, eos esse iustificatos in nomine domini nostri Iesu Christi, & in spiritu dei nostri. profecto tantundem dicere uoluit ac si dixisset eos effectos esse iustos, & per Christum et per spiritum sanctum. Ter- 3.
tio mod o accipitur iustificari in sacris literis, pro proficere seu crescere in iusticia, & sic Apoca. 22 Ioannes accipit in Apocalypsi. Qui iustus est, iustificetur adhuc, & qui sanctus est, sanctificetur adhuc. Quid aliud est iustificetur adhuc, quàm fiat iustior, fiat sanctior, etiã postq̃ iustificatus est, det operam ut promoueat in Eccle. 18. sanctitate & iusticia? Et alibi scriptum est: Ne uerearis usq; ad mortem iustificari, id est, iustis operibus studere. Definitio ergo iustificationis complectens has tres acceptiones uerbi iustifico talis esse potest.

Vniuersalis d'scriptio iustificatiõis. Iustificatio est actio qua deus, uel aliquis alius pronunciat aliquẽ seu facit iustum, uel iustiorem. Paßiuè uero. Iustificatio est paßio qua aliquis pronũciatur, aut fit iustus, uel melior.

Iustificatio duplex. Iuxta autem has posteriores acceptiones uerbi iustifico, theologi ponunt duplicem iustificationem. Prima qua ex impio fit iustus, quod fit in momento, absq; ullis ope-

ullis ope-

ullis operum meritis, immo absq; ullo nostro præcedente opere. Quod uero dicitur, præcedente, sanè intelligendum est. Nam una cum huiusmodi iustificatione motus necesse est accedat liberi arbitrij in Iesum credentis, & ueteris uitæ pœnitentis, in eum quidem motum diuinitus attracti atq; pulsati.

Pauli sẽtẽtia de iustificatiõe. De hac iustificatiane, intelligendus est Paulus, quoties hominem sine operibus, & iustificari asserit & saluari quam nulla nostra opera mereri, nemo neq; ueterum, neq; recentiorum theologorum negauit.

locus epistolæ ad romanos. Et de hac loquitur ad Romanos apostolus, ostendens nulla opera siue naturæ, siue legis, iustificationem impij meruisse, adeoq; & gentiles & Iudæos quantum ad eam rem attinet pares esse, illosq; de lege, istos de naturalibus frustra gloriari. Est ergo iustificatio quædam et salus inchoata, quum ab infidelitate & peccato ad gratiam resurgit homo, quam nullis operibus suis meretur, sed non sine tamen bono opere ac motu uoluntatis, qui illi gratis à deo infunditur.

Altera iustificatio. Altera iustificatio, qua iã accepta fide in iusticia proficimus, & eam per fidẽ gratis iustificati, rursum iustificamur, id est, amplius iusti efficimur, ut in tertia acceptiõe uerbi iustifico dictũ est.

 Ad hanc

Opera. Ad hanc iustificationem exiguntur opera, per
quæ secundo modo iustificamur, non ex digni-
tate operum nostrorum in se, sed ex illis cum
fide & dei gratia coniunctis, per quæ ex dei
benignitate, ita nobiscum paciscentis, etiam et
salutem mereri dicimur. Vnde plenæ sunt lite-
Matth. 5. ræ sacræ bene operantibus pro mercede salu-
tem reddi, ac uitam æternam. Vt, inter cæte-
ra, apud Matthæum loquitur Christus. Beati
qui persecutionem patiuntur propter iustici-
am, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.
Matth. 19 Itē. Qui reliquerit domū uel fratres, uel soro-
res, aut patrē, aut matrē propter nomen meū,
centuplū accipiet, et uitam æternā possidebit.
Istuc ipsum planius indicant uerba quæ dictu-
Matth. 25 rus est Christus in extremo iudicio, ut Mat-
thæus refert. Venite benedicti patris mei, pos-
sidete paratum uobis regnum à constitutione
mundi. Esuriui enim & dedistis mihi mandu-
care. Sitiui & dedistis mihi bibere. Hospes e-
ram, & collegistis me. Nudus, & operuistis
me. Infirmus, et uisitastis me. In carcere eram,
Vocabulū & uenistis ad me. &c. Quin & meriti uoca-
meriti. bulum, quod quidam mirum in modum auer-
santur, præterq̄ quod summis uiris placuit, Hie-
ronymo, Augustino, Ambrosio, etiam in sacris
literis

literis inuenitur, nimirum Ecclesiastici decimo
sexto. Misericordia faciet unicuiq; locum se-
cundum meritum operum suorum. Quem qui-
dem librum Egesippus & Ireneus uicini apo- Liber ec-
stolicorum temporum, ut propheticum citant, clesiastici.
testantibus Eusebio & Augustino. Sed à cōci- Euseb. l. 4
lio Florentino, et à cōcilio tertio Carthagineñ
approbata, in sexta synodo generali, liber hic
suscipitur inter canonicas scripturas. Ex ope-
ribus ergo iuncta fide, & gratia, salutem me-
remur, & iustificationem secundo modo acce-
ptam. Vnde & diuus Iacobus ait, Abraham Iaco. 2.
pater noster, nonne ex operibus iustificatus
est, offerens Isaac filium suum super altare? Vi-
des quoniam fides cooperabatur operibus il-
lius, & ex operibus fides consumata est, &
suppleta est scriptura dicens. Credidit Abra- Gen. 15.
ham deo, & reputatum est illi ad iusticiam,
et amicus dei appellatus est, uidetis quoniam
ex operibus iustificatur homo, & non ex fide
tantum. Hæc ille. Neq; Paulus & Iacobus sunt Roma. 4.
sibi diuersi. Cum ille ait. Abrahamum esse iusti- Cōciliati-
ficatum ex fide, non autem ex operibus. hic aūt o locorum
ex fide & ex operibus. Nam Paulus refellit Pauli &
errorem Iudæorum, qui se meritis bonorum Iacobi.
operum, quæ in lege præcesserant ad euange-
licam

liceam gratiam peruenisse putabant, asserentes non esse ad eam recipiendos gentiles idololatras. Vnde asserit Paulus, non posse iustificari hominem ex operibus fidem præcedentibus. hic autem Iacobus arguit eos, qui sumpta ex uerbis Pauli occasione, semel in adepta fide ociosi degebant, satis esse illis credentes uel otiosam ad salutem. Cum tamen, ut idem ait,

Gala. 5.

fides sine operibus, mortua est. Cui & Paulus subscribit, fidem in Christo ualere dicens eam quæ per dilectiōem operatur. Neque aliunde

opera unde habent ut merita dici poßēt

habent opera nostra, ut merita dici poßint quàm ex merito paßionis Christi, cuius sanguine cum aspersa sint, omnem illis dignitatem detrahere, & meritũ, nihil aliud fuerit quàm

Galat. 2.

euacuare Christi crucem, & dicere. Ergo Christus frustra mortuus est. Quem enim fructum nobis attulisset Christi mors, si opera bona quæ nos facimus nihilo digniora sint quàm eorum qui in Christum non credunt, si nihilo

Prima iustificatio paßiuè accepta.

plus meremur per ea quàm illi? Prima igitur Iustificatio paßiuè accepta sic describi potest. Iustificatio prima, est mutatio quædam supernaturalis qua quis ex iniusto fit iustus. Secũ-

Secunda.

da uero iustificatio sic describitur. Est mutatio supernaturalis qua quis ex iusto fit iustior, hoc est, qua

est, qua

est, qua quis ex deo grato & amico, fit gratior, & amicitior ipsi, & ex recto, pio, mundo, sancto, fit rectior, mundior, sanctior. Quoniam autē iustificari significat idem quod iustum fieri. Iustus autem à iusticia dicitur: Proinde dicendum est de iusticia, ut intelligatur plenius iustificatio, de qua nunc est sermo.

Significationes iusticiæ.

Cum uariè accipiatur iusticia, et nunc quidem pro integritate usurpatur, nunc pro gratia et amicitia. In proposito accipitur generaliter iusticia pro exhibitione, uel redditione alicuius debiti. Et iusti appellantur qui reddunt quod cuique debent. Quia uero & alia alijs debentur, & diuersimodè reddi poßunt, & redduntur: proinde multiplex iusticia inuenitur apud doctores.

Diuisio iusticiæ

Est quædam iusticia interna, alia externa, Est iusticia Mosaica siue legalis: & iusticia Christiana, et Euangelica, Est iusticia fidei, & iusticia operum. Est iusticia Pharisaica simulata, & est iusticia uerax, syncera. Est iusticia philosophica seu moralis, & est iusticia theologica seu supernaturalis. Et iusticia moralis duplex est, legalis siue uniuersalis, Et particularis, quæ in politicam & œconomicam diuiditur. Et tam Philosophica quàm theologica, aut actualis potest esse, aut habitualis.

habitualis. Et habitualis iuxta cōmunem sententiam theologorum aut acquisita aut infusa. Est aūt iusticia externa, ceremonialis quædam et accurata exteriorum præceptorum obseruantia. cui exactè obseruandæ quia attentè studebant pharisæi, & hypocritæ, & student semper quicunq; non uerè, sed simulatè sunt iusti, eadem & pharisaica, & hypocritica, & simulata, & operum exteriorum dicitur iusticia. Interna uero iusticia appellatur quædam exhibitio fidei, spei, charitatis, & religionis, aliorumq; affectuū interiorum qui nobis partim in deū, partim in proximū præcepti sunt. Iusticia Mosaica siue legalis, dicitur obseruātia præceptorum legis datæ Isráëlitico populo per Moysen. Iusticia uero euangelica siue Christiana, uocatur obseruantia præceptorum euangeliorum, quæ nobis data sunt per Christum. Et quia in lege euangelica, multa præcepta sunt data, de operibus, præsertim exterioribus, cōtra uero factum fuit in lege Moysi: ideo iusticia legalis dicitur ab aliquibus, iusticia operum: iusticia autem euangelica, iusticia fidei. Iusticia moralis, uocatur iusticia quædam, qua quis benè se habet, et iustè, secūdum præcepta moralia & naturalia. Et legalis, siue

Iusticia externa. *Iusticia pharisaica.* *Iusticia operum exteriorum.* *Interna iusticia.* *Iusticiā mosaica seu legalis.* *Iusticia euangelica.* *Iusticia operum.* *Iusticia moralis.*

galis, siue

galis, siue uniuersalis ad omnium uirtutū opera, quæ legibus præcepta sunt se extendit. Particularis autem spectat, ut unicuiq; ius suum tribuat. Et si quidem tribuatur ciuibus, quod illis debetur, iusticia ista politica peculiariter appellatur. Sin uero domesticis tribuat quod illis debet, œconomica iusticia dicitur. Theologica uero iusticia, non tantum secundū præcepta moralia et naturalia, mores nostros cōponit, sed & secundum præcepta supernaturalia iustos nos in nosipsos, & in proximos & in deum facit, & hæredes uitæ æternæ cōstituit. Potestquè dici iusticia theologica rectitudo sufficiens ad consequendam beatitudinē, uel obseruantia præceptorum quæ theologia docet. Et de hac una iusticia, siue ea actualis sit, siue habitualis, siue qualitas creata, siue tantum fauor dei, & assistentia ipsius specialis, theologi scholastici, & scripturæ loquuntur, cum aliquem iustificari, aut in iusticia proficere dicunt. Diuidunt autem iusticiam doctores theologicam, in actum & habitum. Et habitū in acquisitum & infusum partiuntur. Quando præcepta, uel moralia, uel theologica, uel naturalia, uel supernaturalia actu præstamus, ipsa eorum executio iusticia actualis uocatur.

Legalis siue uniuer. iusticia. *pticularis* *Iusticia politica.* *œconomica iusticia* *theologica iusticia* *Iustic. theologica quid.* *Iusticia theologica quomō diuiditur.* *Iusticia actualis.*

Quando

Iusticia habitualis.

Quando uero in nobis est aliqua qualitas permanens, quæ nos facit expeditos ad ea exequenda, ea habitualis iusticia appellatur. Et habitualis iusticia acquisita, siue ea moralis tantum sit, siue theologica, est habitus, siue cõsuetudo bonis operibus comparata inclinans nos ad similium bonorũ operum exercitia his,

Infusa iusticia.

ex quibus genita est. Infusa uero dicitur habitus à deo infusus, quo nos sibi gratos, & in ipsius oculis iustos facit, & ad ea quæ sibi placent facilius exequenda facilitatem tribuit. hanc iusticiam qui habent, eos solos theologus appellat iustos. Quia uero iusticiam theologicam, quicquid illa sit, deus donat nobis propter merita Christi,

IVSTicia CHRISTi.

& in gratiam ipsius, ea iusticia dei, & Christi, & nostra dicitur: Dei quia meritis ipsius communicata: nostra, quia nobis inhæret. Et quia ea nulli unq̃ adulto cõtingit nisi per fidem, & per merita Christi: eadem & iusticia Christiana, & euangelica dicitur, & fidei dici posset. Et secundum hanc unam simpliciter iustificantur, & ab ea iusti sunt & appellantur, quicunq; iusti dicuntur.

Iustificatiõ quæ cõplectitur.

Porro hæc iustificatio in summa hæc complectitur. Primum reconciliationem cum deo. Secundum remißionem peccatorem, quò ad culpam &

pam &

pam & pœnam, uel partem ipsius. Tertium renouationem interioris hominis. Quartum ius et acceptationem ad uitam æternam. Nam per peccata inimici simus deo, & reatum ad pœnas graues incurreramus, & bona interioris hominis penè omnia perdideramus, & ius ad gloriam amiseramus, ut ante ostensum est. Mutatio autem illa, qua quis ex impio fit iustus, post euangelium promulgatum sine lauacro regenerationis, aut eius uoto fieri non potest, sicut scriptum est. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei.

lauacrũ regñationis p9 ꝓmulgatũ euãgeliũ, necessariũ ad iustificationẽ, aut eius uotũ.

exordiũ iustificatiõis ĩ adultis.

Præterea exordium ipsius in adultis, à dei, per Christum Iesum, præueniente gratia sumendum est, hoc est, ab eius uocatione: qua nullis eorum existentibus meritis, uocantur, ut qui per peccata, à deo auersi erant, per eius excitantem atq; adiuuantẽ gratiam, ad conuertendum se, ad suam ipsorum iustificationem, eidem gratiæ liberè assentiendo, & cooperando, disponantur, ita ut tangente deo cor hominis per spiritus sancti illuminationem, neq; homo ipse nihil omnino agat, inspirationem illam recipiens, quippe, qui illam abijcere potest, neque tamen sine gratia dei, mouere se ad iusticiam coram illo libera

R sua

Zacha. 1. sua uoluntate poßit. Vnde in sacris literis cum dicitur. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad uos: libertatis nostræ admonemur. Cum respondemus. Conuerte nos domine ad te, et cōuertemur: dei nos gratia præueniri confitemur.

threnorū ultimo.

Duo necessaria sunt, ut adulti ad suā iustificatiōe se præparēt, gratia diuina, & libertas ipsorum.

Disponuntur autem ad ipsam iusticiam, dum excitati diuina gratia, & adiuti, fidem ex auditu concipientes, liberè mouentur in deum, credentes, uera esse, quæ diuinitus reuelata & promissa sunt, Atq; illud imprimis, à deo iustificari impium, per gratiam eius, per redemptionem quæ est in Christo Iesu, & dum peccatores se esse intelligentes, à diuinæ iusticiæ timore, quo utiliter concutiuntur ad consyderandam dei misericordiam se conuertendo, in spem eriguntur, fidentes deum sibi propter Christum propitium fore, illumque tanq̄ iusticiæ fontem diligere incipiunt, ac propterea mouentur aduersus peccata per odium aliquod, & detestationem, hoc est, per eam pœnitentiam, quam ante baptismum agi oportet. Deniq; dum proponunt suscipere baptismum, inchoare nouam uitam, et seruare diuina mādata. De hac dispositione scriptum est. Accedentē ad deū oportet credere quia est, et quòd inquirentibus se, remūerator sit. Et, cōfide fili, remittūtur

dispō ad iusticiā

Ro. 3

Hebræ 11.

134

remittuntur tibi peccata tua. Et, pœnitentiam agite, & baptisetur unusquisque uestrum in nomine Iesu Christi, in remißionem peccatorum uestrorum, & accipietis donum spiritus sancti. Et, Euntes docete omnes gentes, baptisantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, docentes eos seruare quæcunq; mandaui uobis. Hanc dispositionem seu præparationem iustificatio ipsa consequitur, quæ non est sola peccatorum remißio, sed & sanctificatio et renouatio interioris hominis per uoluntariam susceptionem gratiæ & donorum. Huius autem iustificationis à catholicis perhibentur causæ hæ, Finalis quidem gloria dei ac uita æterna. Efficiens, misericors deus qui gratuito sanctificat, signans et ungens spiritu promißionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ. Meritoria autem, dilectißimus unigenitus suus dominus noster Iesus Christus, qui in ligno crucis nobis iustificationem meruit, et pro nobis deo patri satisfecit. Instrumentalis item, sacramentum baptismi, quod est sacramentum fidei, sine qua nulli unq̄ contingit iustificatio. Demum unica formalis causa, est iusticia dei, non qua ipse iustus est, sed qua nos iustos facit, qua scilicet ab eo donati, renouamur spiri-

Matth. 9. Actuū. 2. Mat. ulti.

Causæ iustificationis.

Rōa. 3. Finalis. Efficiens. 2. Cor. 1. Rōa. 6. Meritoria.

Hebræ. 11 Instrumētalis.

Formalis causa.

tu mentis nostræ, & non modo reputamur, sed uere iusti nominamur, & sumus, in nobis iusticiam recipientes unusquisque secundũ suam mensuram. quam spiritus sanctus partitur singulis prout uult, et secundum propriam cuiusq; dispositionem & cooperationem. Quãq̃ enim nemo possit esse iustus nisi cui merita passionis Christi Iesu communicantur, id tamen in hac impij iustificatione fit, dum eiusdem sanctissimæ passionis merito, per spiritum sanctũ charitas dei diffunditur in cordibus eorum qui iustificantur, atque ipsis inhæret. Vnde in ipsa iustificatione cum remissione peccatorum hæc omnia simul infusa accipit homo per Iesum Christum, cui inseritur per fidem, spem, & charitatem. Nam fides nisi ad eam spes accedat et charitas, neque unit perfecte cum Christo, neque corporis eius uiuum mẽbrum efficit. Qua ratione uerissime dicitur, fidem sine operibus mortuam esse. Et in Christo, neq; circumcisionem aliquid ualere, neq; præputium, sed fidem quæ per charitatem operatur. Hanc fidem ante baptismi sacramentum ex apostolorum traditione Catechumeni, id est, qui ad fidem instruuntur, ab ecclesia petunt, cum petunt fidem uitam æternam præstantem, quã

Charitas.

Iacobi 2.

Catechumeni.

sine spe et charitate fides præstare non potest. Vnde & statim uerbum dei audiunt. Si uis ad uitam ingredi serua mandata. Itaq; ueram et christianam iusticiã accipientes, eam ceu primam stolam, pro illa, quam Adam sua inobedientia sibi, & nobis perdidit, per Christum Iesum illis donatam, candidam, & immaculatam, iubentur statim renati conseruare, ut eam referãt ante tribunal domini nostri Iesu Christi, & habeant uitam æternam. Quod si cuipiam libeat scire causas iustificationis, secundum quatuor genera causarum, quæ à præstantissimis ponuntur, finalem, formalem, materialem, & efficientem. Finalis causa, est deus, et uita æterna. Formalis, gratia ipsius, uel acceptatio passiua, qua iusti nominamur & sumus. Materialis seu subiectiua, quæ uulgo dicitur materia in qua, anima nostra, uel nos ipsi. Efficiens autem est multiplex. Vna principalis, deus pater. Altera minus principalis, Christus, & sacramenta. Præparatoria, nos ipsi, & qui nos ad ea exhortantur quæ à nobis requiruntur ut iustificemur. Meritoria causa est Christus. Dispositiua, actus nostri. Ministerialis, sacerdotes qui administrant nobis sacramenta. Sed de iustificatione hactenus pro ratione compendij

Matth. 18

Causæ iustificati: sedũm uulgatã diuisionẽ causarum.

Finalis.

Formalis.

Materialis.

Efficiens causa iustificationis multiplex.

transitio.

pendij dictum esto. Quoniam autem crebra mentio gratiæ dei facta est, liberiq; arbitrij, præterea baptismi, cæterorumq; sacramentorū. Proinde paucis de singulis agemus. Gratia

Gratiæ dei diuisio & descriptio.

dei duplex esse perhibetur. Vna, gratia gratum faciens, quæ est forma spiritualis sine nostris meritis à deo nobis donata, habentem faciens gratum deo, et opus eius coram deo bonum reddens, remunerandum æterna fœlicitate.

Gratia unde dicta.

Quæ ob id, gratia dicitur, quòd gratis detur, nihilq; nostrum præcesßit ut eam accipere

Ephe. 2

mereremur. Vnde Paulus. Si autem gratia, iā non ex operibus, alioquin gratia non esset gratia. Augetur autem in nobis, & perficitur ab eodem domino deo secundum cooperationem nostræ uoluntatis.

gratia gratis data.

Altera gratia est, quæ dicitur uulgo gratis data, quæ est donū quodlibet à deo gratis concessum homini, naturæ facultatem excedens, quo unus alteri ad salutem cooperatur, quale est donum linguarum, gratia sanitatum, prophetia. &c. Hæc sola gratia hominem non iustificat, nec saluat, id

Matth. 7.

quod liquet ex uerbis Christi apud Matthæū. Multi (inquit) dicent mihi in illo die domine domine, nonne in nomine tuo uirtutes multas fecimus, & in nomine tuo prophetauimus, & in nomine

tuo dæmonia eiecimus, Et tunc cōfitebor illis, quia nunquam noui uos, discedite à me omnes operarij iniquitatis. Alij fusius & non inutiliter gratiam dei diuidunt sic.

Diuis. gratiæ fusior.

Gratia dei generalis et specialis.

Gratia dei accipitur generaliter & specialiter. generaliter accepta, appellatur quicquid non præcedētium aliquorum operum meritis, sed gratuita dei bonitate donatur. Et sic accepto uocabulo non inepte gratia dicitur natura in qua cōditi sumus, ut scilicet essemus homines non bruta. &c. Hanc gratiam quam quidam appellant donum naturæ, habent impij nobiscum communem.

Gratia specialiter accepta.

Gratia uero specialiter accepta, est occulta misericordia dei, qua per subministrationem spiritus sanatur ac saluatur natura, qua prædestinati uocamur, iustificamur, sanamur, & glorificamur. hæc est illa gratia quam diuinæ literæ prædicant, de qua dixit apostolus. Non irritam facio gratiā dei. Nam si per legem iusticia, ergo Christus gratis

Gala. 2.

mortuus est. Nimirum gratiam intelligens qua iustificamur ab iniquitate, & qua saluamur ab infirmitate, non qua creati sumus cum propria uoluntate. Hæc gratia bifariam diuiditur, in gratiam operantem & cooperantē, seu inpræuenientem et subsequentē. Vtraq; in sacris lite-

Grā specialis opans et coopās, seu præue-

niẽs et sub sequens.

ris expreſſa legitur, ut Pſalmographus ait. Miſericordia eius præueniet me, & miſericordia dei ſubſequetur me. Deus enim nolentem præuenit ut bene uelit, & uolentem ſubſequitur, ne fruſtra uelit, ſed ut perficere ualeat.

Pſal. 58. Pſal. 22. Aug. i Enchi. ca. 32.

opãs grã.

Operans ergo gratia eſt, quæ præueniat ac præparat uoluntatem, non ut fiat uoluntas, quia & ante hanc gratiam, uoluntas erat, ſed ut bona uoluntas fiat, & quæ prius erat ſerua peccati, liberetur.

Cooperãs gratia.

Cooperans uero gratia, uoluntatem iam bonam factam ſubſequitur, ut quod iam uult bonum, perficere poßit.

Voluntas hõinis ſine grã nõ erigitur ad bonum.

Nam uoluntas hominis quam naturaliter habet, nõ ualet erigi ad bonum efficaciter uolendum, uel opere implendum, niſi per gratiam liberetur, & adiuuetur iuxta Pauli ſententiam. Deus eſt qui operatur in nobis uelle, & perficere pro bona ſua uoluntate.

Philip. 2.

Quamobrem & Ieremias ait. Scio domine quia non eſt hominis uia eius, nec uiri eſt, ut ambulet et dirigat greſſus ſuos.

Ierem. 10.

Grã præueniẽs duplex.

Gratia præueniens duplex eſt in ſumma. Vna, qua deus præuenit peccatorem ut reſurgat. Altera qua peccator præueniẽti deo aſſentiens iam reſurgit. Vtramq; uoluntatem noſtram præuenit deus, ſed priorem ſubminiſtrando ſolus operatur, in altera uoluntas no-

ſtra deum

ſtra deum præuenientẽ ſubſequens ei per uelle, ſeu aſſenſum remißionem peccatorum accipiendo, cooperatur.

Grã qua deus præuenit hõinẽ duplex

Prior gratia qua deus hominem præuenit ac incitat ut reſurgat, iterum duplex eſt. Vna generalior quæ eſt bonus motus, bonaq; cogitatio. Veluti cum peccator deo inſpirante, agnoſcit peccatum ſuum, cum terrore gehennæ concutitur. cum de amittenda æterna beatitudine dolet. Altera ſpecialior eſt, tot habens ſpecies, quot ſunt ſpeciales boni motus ad reſipiſcendum. ueluti ſunt, auditio uerbi dei, immißio aduerſitatis, quæ ferocientis hominis animum deijcit, & ad deum reſpicere facit, remotio occaſionis peccandi, ablatio ſeu debilitatio tentationis, et id genus alia.

Grã generalius accepta deus nulli deeſt

Gratia generalius accepta, deus nulli hominum deeſt, adeò ut nullus ſit peccator tam ſceleſtus, cui deus quoad in hac uita ſuperſtes fuerit hanc gratiam penitus ſubtrahat. Nam per hãc ſtans ad oſtiũ pulſat, initium noſtræ ſalutis (quæ eſt peccati cognitio) in nobis operari deſyderans.

Apoca. 5.

Et quis tandem eſt hominũ qui non ſentiat ſe hac gratia præueniri quũ et gentes oſtendant opus legis ſcriptum in cordibus ſuis teſtimonium illis reddente conſcientia illorũ. Et uel pharao, uel Iudas traditor

 exemplo

exemplo esse possunt, quam liberalis sit deus, in hac gratia subministranda. Certè prophetæ testantur deum non solum à conuersis non auerti, sed etiam ad auersos conuerti. Nam Ieremiæ tertio sic legimus. Si dimiserit uir uxorem suam, & illa recedens duxerit uirum alium, nunquid reuertetur ad eum ultra? nunquid non polluta & contaminata erit mulier illa, tu autem fornicata est cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me dicit dominus.

Esaiæ 49 Itidem apud Esaiam scribitur. Nunquid potest obliuisci mater infantem suum. dicit dominus, ut non misereatur filio uteri sui? etsi illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui, dicit

Eze. c. 18 dominus. Et apud Ezechielem. Quare moriemini (inquit dominus) domus Israél, quia nolo mortem morientis dicit dominus, reuertimini

Solutio obiectionis. & uiuite. Quod autem in actibus apostolorũ dicit Paulus, deum in præteritis generationi-

Actuũ. 14 bus, dimisisse omnes gentes ingredi uias suas, non sic intelligendum quasi deus gentibus sua gratia defuerit. Quinimo ipse Paulus statim subiecit. Et quidem non sine testimonio semetipsum reliquit benefaciens, de cœlo dans pluuias, & tempora fructifera, implens cibo & læticia corda eorum. Similiter cap. 27. ait. deum fecisse

um fecisse ex uno omne genus hominum inhabitare super uniuersam faciem terræ, definiens statuta tempora, & terminos habitationis eorum, ut quærerent deum si forte attrectent eum, aut inueniant. Quod cum faciat, putandus ne est ulli genti gratiam suam præuenientem subtraxisse? Verum cum gentes id quod de deo cognosci potest, manifestum habuerint, quod deus illis per gratiam præuenientẽ manifestauerit, nec tamen cum cognouissent deum, sicut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis: factum est ut gentes dei gratiam contemnentes ac repudiantes, dimissæ sunt ingredi uias suas. Atq; eadem ratione fit, nt non omnes motus illos gratiæ specialis, omnibus peccatoribus deus impertiat, in causa enim est peccatoris obduratio, gratiam illam communem seu generalem negligentis ac repudiantis. In quã sententiam dixit apostolus. Et sicut non probauerunt deum habere in noticia, tradidit illos deus in reprobum sensum, ut faciãt ea quæ non conueniunt, repletos omni iniquitate. tradidit, inquam, id est, permisit ut per cupiditates cordium suorum, in omnes iniquitates & immundiciam ruerent. Atque ita fit ut peccatum sit

Roma. 1.

CVR motꝰ specialis gratiæ nõ oĩbus pc̃tori bꝰ deus impertiat.

Rõ. 1.

tradere in reprobum sensum q̃d sit.

tum sit alterius peccati causa: quinimo ut idē sit simul peccatum, & peccati pœna. Nam gratiæ contemptus grauißimum peccatum est, & peccati causa, nempe omnis iniquitatis & immundiciæ in quam dei contemptor ruit. Non est igitur hic peccatum dei, sed iudicium, ut ait Augustinus. Non enim est iniquitas apud deum, ut Paulus docet. Sed de ea re paulo post plenius. Hæc autem gratia præueniens qua deus excitat hominem ut iustificetur, etsi eximia est, non tamen sufficit, nisi accedat gratia iustificans, quæ uoluntatem sanat, & facit ut rectè uiuatur. Ad hanc gradibus quibusdam peruenitur, nempe per gratiam operantem, seu præuenientem & adiuuantem seu excitantem. Postquam igitur per gratiam iustificantē hominis uoluntas sancta & à captiuitate liberata fuerit ad superandas concupiscentias, & tentationes carnis, diaboli, mundi, operandumq; bonum, necessaria est gratia subsequēs & cooperans, de qua dixit apostolus. Plus illis omnibus laboraui. Non ego autem sed gratia dei mecum. Vnde illa dicta Hieronymi. Vnum: qui dixerit deum impoßibilia præcepisse, anathema sit. Alterum. Qui dixerit nos posse mandata dei implere sine gratia, anathema sit.

de prædestinatione sanctorum cap. x.

Ro. 9.

Ad grām præueniētem grā iustificās necessaria.

Grā subsequens.

1. Cor. 15.

Hier. contra Pelag.

ma sit. Lex ergo poßibilis, sed per gratiam. Quamobrem & post iustificationem gratia uoluntati accedere debet, ut lex impleatur. Nam, ut Christus ait, Sine me nihil potestis facere. Neque per gratiam tollitur liberum arbitrium, sed magis statuitur, quemadmodum per fidem non tollitur lex, sed magis statuitur. Gratia enim liberum arbitrium quod sanet, & adiuuet, præsupponit, sicut medicina ægroti uoluntatem, medicinam non auersantem. Et fides propterea à deo datur ut per fidem gratiam qua legem impleamus, impetremus, & quod impoßibile erat legi per fidem in Christum obtineamus. At inquit quispiam. Si lex poßibilis per gratiam, ostende ergo hominem qui gloriari poßit se in hac uita quādiu caro concupiscit aduersus spiritum, perfectè legem implere, seque sine peccato esse, is responsum hoc habeat, hæc duo non pugnare, nempe non inueniri hominem in hac uita sine peccato, & tamen fieri posse per adiutorium gratiæ dei, ut inueniri poßit quis sine peccato. Quod ecclesia in uirgine matre usu uenisse, asserere nō dubitauit. Multa enim sunt quæ fieri possent, quæ tamen non fiunt. Sic etsi nemo in hac uita sit qui audeat dicere sibi, non necessariam præcationem

Augus. de spū & litera.

Quæstio.

cationem orationis dominicæ, dimitte nobis debita nostra, uel se non habere peccatũ, ne(diuo Ioanne teste) seipsum decipiat, & ueritas in eo non sit: tamen id ut fiat, quamdiu uiuimus, sedulo conandum, & poscendum est.

Augus. ad Inno. Tolerabiliter in id quisq; fallitur, nec diabolica impietas, sed error humanus est, elaborãda & optanda affirmare, etiamsi quod affirmat, non posit ostendere: id enim credit fieri posse quod certe laudabile est uelle. Vnde Christus, Estote perfecti sicut & pater uester cœlestis perfectus est.

obiectio. Quod autem Ioannes

1. Ioan. 3. dixit, Qui natus est ex deo non peccat: Intelligendum est eatenus quatenus ex Deo natus est, & in charitate manet, & secundum cha-

1. Cor. 13. ritatem operatur, non peccat. Charitas enim non agit perperam, sed perficit eam natiuitatẽ, quæ ex deo est, minuitq; cupiditatẽ, quæ eix Adam est, Interim tamen hæc cupiditas rad x illa peccati quamdiu est in membris nostris le-

Roma. 7. ge quadam sua repugnat legi mentis. Quo fit ut nemo non sit qui nõ cogatur queri, se longe à perfectiõe legis abesse, suosque conatus, indies infirmitate carnis remorari. Quemadmo-

Matth. 26 dum Christus ad tres discipulos dixit. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.

Aliud

Aliud autem est sine peccato, aliud sine crimine uiuere. Aliud ambulare in omnibus iustificationibus domini, sine querela, quod de za-

Lucæ 1. charia & Elisabeth legimus. Aliud in nullo labi uel infirmari. Vixit zacharias sine querela, sed non sine peccato. Peccati uero appellatione omnis humanus lapsus uenit: sed quod in querelam uenit, non qualecunq; etiam tentationis humanæ uitium, sed graue peccatum est, aut crimen. Homines itaq; pij, etsi sentiant imperfectionem suam, & pugnam illam internã carnis & spiritus, qua fit ut spiritus per carnẽ remoratus non adimpleat legem: tamen cum carnis desyderijs non obediunt, nec exhibent membra sua arma iniquitatis peccato, possunt dicere. Iam non ego operor illud, sed quod ha-

Roma. 7. bitat in me peccatum, hoc est, spiritalis quidem & internus homo ad perfectionem legis contendit, sed peccatum inhabitans (nimirum intestina illa concupiscendi uis, quæ perpetuam sedem in membris nostris dum uixerimus habet) perficere non sinit. Nihilo secius tamen imperfecta illa obedientia, & opera nostra adiuta per gratiam subsequentem, etsi legem non adimpleant, tamen deo placent, non quidem propter dignitatem uoluntatis seu operis

iusti, sed

Roma. 8. iusti, sed imputatiuè per gratiam. Postquam enim deus per gratiam iustificantem, nos recipit in filios, & cohæredes Christi, idque per fidem, fit ut postea opera nostra tanq̃ filiorum & reconciliatorum in fide et timore filiali facta, licet non admodum perfecta, deo placeant, quia iam placent per Christum, ex cuius perfectione, nostram imperfectionem supplemus. Sumus enim membra corporis eius, de

Ephe. 5.
Ioãnis 1. plenitudine eius omnes accipientes, & iustici-
1. Cor. 1. am eius nostram facientes. In quam sententi-
Roma. 8. am dixit apostolus. Nihil ergo nunc damnationis est his qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnẽ ambulant. Nam, ut subijcit, deus filium suum mittens in carnem præseferentem similitudinem peccati, de peccato peccatũ dãnauit. Eum enim qui peccatum non nouerat, pro nobis peccatum fecit, id est, hostiam pro peccato. Non alia ratione quàm ut iustificatio legis, id est, quam lex promisit, impleretur in nobis, ut à maledictione legis (qua maledictus dicitur omnis qui non permanserit in omnibus quæ scripta sunt in libro legis ut faciat ea) liberaremur. In Christo ergo manentes per Christum (qui solus legẽ impleuit) legem imputatiuè implemus. Si tamen non se-

cundum

Galat. 5. cundum carnem ambulauerimus, id est, etsi plerunque carnis cupiditates persentiscamus, illis tamen nullum consensum præbeamus, nec secundum desyderia carnis ambulemus. Vnde Augustinus: nullus sanctus & iustus caret peccato, nec tamen ob hoc desinit esse iustus uel sanctus, cum affectu teneat sanctitatem. Non enim naturæ humanæ uiribus, sed propositi adiumento, per gratiam dei acquirimus sanctitatem. Sed de gratia dei hactenus. Ex prædictis liquet, in nobis liberum arbitrium esse debilitatum & inclinatum, taleq; esse ut uoluntas nostra, libero arbitrio, à bono declinare poßit, ut faciat malum, ut uero à malo declinet quò faciat bonum, id non fit sine diuino arbitrio inquit Augustinus. Qui alibi ait. Sic confitemur liberum arbitrium, ut dicamus nos semper dei indigere auxilio, & tam illos errare qui cum Manicheo dicunt, hominẽ peccatum uitare non posse, quàm illos qui cum Iouiniano asserunt hominem non posse peccare, uterque enim tollit arbitrij libertatem, nos uero semper peccare, & non peccare posse, ut nos liberi confiteamur arbitrij. Proinde sic à quibusdam describitur. Liberum arbitrium est facultas rationis uel uoluntatis, qua bonum

August. de dogm. eccle.

Liber arbitrium q̃le i nob.

Aug. l. 15. ca. 21. ciuit. dei. ßmõe 19. de tẽpore

Liberũ arbitrium quid.

 eligitur

eligitur gratia aßistente, malum autem ea de-
uis duplex protoplasto indita. sistente. Duplex enim uis protoplasto data fu-
erat, una, ratio, qua deum cognosceret. Alte-
ra, uoluntas, qua illi adhæreret. quæ postea per
peccatum in illo uiciatæ sunt, & in nobis ceu
stirpe. Ratio quidem ignorantia: uoluntas au-
tem concupiscentia carnali, de qua ante dictũ

Probatio libertatis nostræ ex sacris literis quadruplex.

est. Ea autem libertas probatur multis sacræ
1 scripturæ locis. Primo quia in sacra scriptura
datur nobis optio, et permittitur, ut utrum uis
ex duobus eligamus. In Deuteronomio Moy- Deute. 30
ses proponit populo Israëlitico ut eligat bene-
dictionem, uel maledictionem. Iosue etiam
Iosue ulti. proposuit eidem, an deum sequi uellet nec ne.
Ierem. 21. Ieremiæ præcepit dominus, ut diceret populo
suo. Hæc dicit dominus deus. Ecce ego do co-
ram uobis uiam uitæ, & uiam mortis, qui ha-
bitauerit in urbe morietur, qui egressus fuerit
2 uiuet. Ad hæc, multa dicuntur in scripturis uo-
Psal. 118. luntaria & sponte fieri. Dauid dicit Volun-
Psal. 53. taria oris mei beneplacita fac domine. Et ali-
Esaiæ 1. bi. Voluntariè sacrificabo tibi. Esaias. Si uolu-
eritis, & audieritis, bona terræ comedetis.
Ierem. 18. Ieremias. Si pœnitentiam egerit gens illa. Chri
stus apertißimè testatur nostræ subesse pote-
stati obseruantiam mandatorum, sequelam ip-
sorum,

sorum, perfectionem euangelicam dicens. Si Matth. 19
3 uis ad uitam ingredi. Si uis perfectus esse. Si Mar. 8.
quis uult uenire post me. Tertio multa esse
dicuntur in nostra potestate. Ioannes dicit de-
disse deum potestatem hominibus, ut filij dei
fiant. Paulus asserit neminem habere neceßi- 1. Cor. 7.
tatem, sed potius potestatem uoluntatis suæ, ut
4 seruet uirginem suam. Quarto, multa di-
cuntur in scriptura fieri à peccatoribus contra
uoluntatem dei de ipsis: & in multis dicuntur
peccatores resistere deo. In exodo dicitur Pha- Exodi 10.
rao resistere deo. In actibus dicit Stephanus. Actuũ. 7.
Iudæos resistere spiritui sancto. In Esaia. Expe
ctaui ut faceret uuas, & fecit labruscas. Et per
eundem ad Israël dicit teste Paulo. Tota die Roma. 10
expandi manus meas ad populum non credẽ-
tem, & contradicentem mihi. Et ad Ierusalem Matth. 23
ait. Quoties uolui congregare filios tuos, sicut
gallina congregat pullos suos sub alas, & no-
5 luisti. Quinto scriptura omnia facienda cũ
consilio docet. Et ut uidere est, aliqua præci-
pit, aliqua prohibet, aliqua laudat, alia uitu-
perat, alia premiat, aliqua punit. Omnis eti-
am scriptura sicut docet Paulus, utilis est ad
docendum, ad arguendum, ad corripiendum,
ad erudiendum in iusticia, ut perfectus sit ho-

mo dei

mo dei ad omne opus bonum instructus. Cum igitur necessaria & naturalia, neque optioni nostræ permittuntur, Neque nostræ aut potestati subsint, neq; uoluntaria appellentur, aut sponte fieri dicuntur, neq; laudem, neque uituperium, neq; premium aut pœnam mereantur. etsi omnia necessario euenirent, superuacuum sit docere, arguere, corripere, consulere, dissuadere. Certè liquet ex uniuersa scripturæ

Hoïes malisuo uitio pereũt
posse colligi libertatem nostri arbitrij. Atque hac ratione fit, ut homines praui, suo uitio pereant, cum deo, qui uult omnes saluos fieri, &

1. Tim. 2.
ad agnitionem ueritatis peruenire, ut Paulus ait, parere recusant, uoluntatemq; suam, quam ille excitat & adiuuat, à bono declinant.

Quid enim faciat medicus, si ægrotus renuat salutiferum pharmacum? Quam rem dominus

Oseæ 13.
ipse apertissimè ostendit apud prophetã. Perditio (inquit) tua ex te Isráél, tantummodo in me auxilium tuum. A nobis ergo est quòd deficimus, quòd erramus, quòd perimus. Ille

Apoc. 3.
semper stat ad ostium, & pulsat, semper uocat, semper hortatur, semper instigat ad bonũ.

Apoc. 3.
Ego (inquit) sto ad ostium, & pulso, si quis audierit uocem meam, & aperuerit mihi, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum.

Similitudo
mecum. Nihil ergo mirum si ille peccato demersus succumbat, hic resurgat. hic enim diuinæ gratiæ dexteram non neglexit, sed apprehensæ dexteræ ductu et tractu, è peccatorum fæcibus emersit. Ille uero diuinæ gratiæ dextram sedulo oblatam, ac nunq̃ subtractam, apprehendere neglexit, & sic in peccatorum luto defixus remansit. Neminem autem deus cogere uult, sed suadet ut rectè faciamus, ait Chrysostomus.

CUR deus nemi nẽ cogit. Hõilia 9. super Ioã.

Et quicunque ipsi assentiuntur, eos allicit & trahit, ut sic unusquisque curren do uoluntate sua, à deo præparata, meritum accipiat, si autem nolit, culpa non uacet. Quod si nolentes ad seruiendum traheret, non secus eis deberet (inquit idem) ac si nullum præstitissent seruitium. Sed hic occurrunt quædam quibus putant aliqui libertatem arbitrij tolli quæ paucis perstringam.

Quæstio de præscientia dei.
Primo existimant quidam præscientiam certissimam, cum libertate arbitrij stare non posse: atque ob id causam esse mali. Hi quòd præscientiam dei ponunt, & eam quæ falli non potest: rectè illi quidem. Nam si certa non esset, nulla esset. At sentire hanc nullam esse in deo, amentia est, & impietas. Hoc enim esset diuinitatem illi tollere, cum eidem præscientia non sit accidẽs,

Præsciẽtia dei falli nõ potest.
Aug. li. 5. de ciuit. et de lib. arbi. libr. 3.

 sed sub

sed substantia. De qua quidem præscientia dei inter cætera, est illud Pauli. Elegit (inquit) nos ante mundi constitutionem, ut essemus sancti et irreprehensibiles in conspectu eius in charitate. Quod si elegit, certè præsciuit. Hinc Augustinus. Præsciuit nos eius diuinitas, sapientia condidit, iusticia damnauit, gratia liberauit. Et cum apud deum neque futura sperātur, nec præterita transierunt, sed in præsentia diuinitatis præsenti semper luce semper cernuntur: non rectè præscire dicitur, nisi relatu ad actiones nostras. Hanc præsentiam qua semper præsenti luce omnia cernuntur, innuit deus pater, cum ad filium loquitur: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Cæterum quòd putant præscientiam esse causam mali, eáque tolli arbitrij libertatem. Hoc ut ineptum, ita & maximè impium cēsendum. Non enim deus est iniquitatem uolens, ut Psalmographus ait. Cui & Paulus subscribit cum dicit. Nunquid iniquitas apud deum? absit. Quamuis autem deus præuideat eos, qui propria uoluntate peccant, non est tamen causa peccati. Sicut enim nemo memoria sua cogit facta esse quæ prætereunt, sic deus præscientia sua non cogit facienda, quæ futura sunt. Et sicut homo quædā quæ facit

Ephe. 1.

Augus. de prædesti. et gratia.

Au. de præ des. et grā

Quomodo deus præscire dicitur.

Psal. 2.

Præscietia non ē causa mali, nec tollit arbitrij libertatē.

Psal. 5

Rom. 9

Aug. de uera innocē tia ca. 379

quæ facit meminit, nec tamen omnia quæ meminit facit: ita deus omnia quorum ipse author præscit, nec tamen omnium, quæ præscit, ipse est author. Est igitur libertas causa contingentium in humanis actionibus, qua quidem contingentia, deus ita præuidet, ut non tollat modum agendi naturæ inditum. Sic præuidit deus Iudæ malam uoluntatem, permisit ut perderet Christum, non coactus sed uoluntariè, & decreuit quomodo Iudam sic uoluntariè peccantem perderet. Non ergo Iudas peccauit necessariò. Quod si dicas: oportebat impleri scripturam quam prædixit spiritus sanctus per os Dauid de Iuda. Sciendum est duplicem esse necessitatem. Vnam, absolutam, quæ uulgo dicitur necessitas consequentis. Veluti necesse est deum esse: hominem esse animal rationale. Nam hæ aliter se habere non possunt. Alia est necessitas consequentiæ, qua necessario euenire dicimus, non quæ sua natura necessaria sunt, sed necessario sequuntur propter præcedentes causas. Vt, oportebat Christum pati, non necessitate absoluta, sed quia lapsus erat homo, sicque deus decreuisset, ut per mortem filij sui liberaretur à peccato, & damnatione æterna. Ita & de Iuda oporte-

Libertas causa contingētiū in hūanis actionibus.

Iudas.

occupatio Actuū. 1.

necessitas duplex.

oportebat impleri scripturam, quia uiderat deus malam uoluntatem Iudæ, idcirco per prophetam id facturum Iudam prædixit. Ad eum modum, deus præuidit quosdam angelos, & primos homines peccaturos sua arbitrij libertate, quam talem illis dederat, ut si uellent

Ecclesi. 15

desererent deum continuóque esset miseria secutura. Non tamen illos præscientia sua ad peccandum coegit.

Quæstio de angelis et protoplasto.

Cur autem deus sciens angelos quosdam & homines desertores dei futuros, eis hanc potestatem non ademit? ratio est (ut docet Augustinus) quia potentius, & melius iudicauit etiam de malis bene facere, quàm mala esse non sinere.

cap. 1. l. 22 d' ciui. dei

Quæ omnino nulla essent nisi natura mutabilis angelorũ et hominis quamuis bona à summo deo condita, peccando, ea mala sibi ipsa fecisset. Multa enim (inquit idem) fiunt à malis, contra uoluntatem dei, sed tantæ est ille sapientiæ tantæque uirtutis ut in eos exitus siue fines quos ipse bonos & iustos præsciuit, tendant omnia quæ uoluntati eius uidentur aduersa.

Aug. li. 2. de Genesi cõtra Manicheum.

Sic cum se diabolus peccando fecisset, deus omnipotens & bonus maximè perspicitur, cum de malicia eius multa iusta & bona operatur. Vt inter cætera cum iustos probat, sicut Iob accidit.

Ioan. 1.

Malos item

los item hic punire permittit, ne in uita futura condemnentur. Cuius exemplum apud Paulũ, 1. Cor. 5. qui fornicarium sathanæ tradidit in interitum carnis, ut spiritus saluus fieret in die domini. Alios rursum terret quo sint cautiores & uigilantes, ne in malum ruant, & alia eius generis.

ex casu hominis merito damnati, bona quæ.

Ex hominis uero casu merito damnati, inter alia, id boni effecit, quòd tantum populum per gratiam suam colligit, ut inde suppleat, & instauret partem angelorum quæ lapsa est, qua ratione bonitatem suam & potentiam notiorem reddidit.

malorũ deus iust9 ultor.

Porro malorum, quorum deus non est malus author, iustus est ultor. Namsi propterea non debet tribuere supplicium peccantibus, quia præuidet peccatores, nec rectè facientibus debet premia retribuere, quia & rectè facturos præuidet.

Aug. li. 3. de lib. ar.

Quæstio d' prædestinatiõ

Deinde dum asseritur libertas nostra in consequenda uita æterna, loquuntur quidam. Non prodest conatus & uoluntas, si non sum prædestinatus, & cessanti offeretur beatitudo si sum prædestinatus. Altum mysterium prædestinationis est, pauca tamen ea de re dicam ex sententia doctissimorum.

Aug. li. 6. hypo. cõtra Pela.

Prædestinatio cõ

Prædestinationem negare, immanem blasphemiam esse, ait Augustinus. Quæ non tantum, sicut soliti erant dicere

cere Pelagiani, referente eodem, in apostolis accipienda est, sed in patriarchis & prophetis & martyribus, & omnibus sanctis dignè deo seruientibus. Cuius rei Paulus uas electionis testis est locupletißimus. Elegit nos (inquit) in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti, & irreprehensibiles in conspectu eius in charitate qui prædestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in se secundum beneplacitum uoluntatis suæ. Et alibi. Quos præsciuit & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem prædestinauit hos & uocauit, et quos uocauit, hos iustificauit, quos autem iustificauit illos & glorificauit. Prædestinauit exposito re Augustino antequam essent: uocauit, cum auersi essent: iustificauit, cum peccatores essent: glorificauit cum mortales essent. Nec dissonum est his illud ad Timotheum. Liberauit & uocauit nos, uocatione sancta, non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum, & gratiam quæ data est in Christo Iesu ante tempora secularia. unde Augustinus Absit (inquit) ut deus temporaliter aliquando diligat, quasi noua dilectione, quæ in illo non erat apud quem

Ephe. 1. Roma. 8. De uerbis aposto. ßermo. 16. 2. Tim. 1. Aug. li. 5. de ciu. dei

pud quem nec præterita transierunt & futura iam facta sunt. Itaq; omnes sanctos suos ante mundi constitutionem dilexit, sicut prædestinauit. Hæc ille. Quod uero in literis sacris dicitur deum aliquid fecisse aut facturum esse, id relatu ad nos accipiendum est. Constat igitur dei prædestinationem esse in sanctis. Cæterum quid sit dicendum est. Prædestinatio (ait Augustinus) à præuidendo & præueniendo uel præordinando futurum aliquid dicitur. Et ideo deus, cui præsciētia nō est accidēs, sed essentia fuit semper, & est, quicquid antequā fit, sic præscit, prædestinat. Et propterea prædestinat, quia quale futurum sit præscit. Ideo & apostolus, Nam quos præsciuit (inquit) & prædestinauit. Sed non omne quod præscit, prædestinat. Mala enim tantum præscit, & nō prædestinat, bona uero & præscit & prædestinat. Quod ergo bonum est, præscientia prædestinat, id est, priusq̄ sit in re, præordinat. Hoc cum ipso authore esse cœperit, uocat, ordinat, & disponit. Vnde & sequitur. Nam quos prædestinauit hos & uocauit, & quos uocauit, illos & iustificauit, quos autem iustificauit, illos & glorificauit. hæc Augustinus. Qui alibi ait inter prædestinationem & gratiam

Quid prædestin. Aug. li. 6. hypog.

Quæ deus prædestinet et quæ non.

Augu. lib. de prædestin. sctorū.

tiam hoc interesse, quòd prædestinatio, est gratiæ præparatio, gratia uero iam ipsa donatio.

Andreas Vega in cõci. Tridẽ.

Ab alijs quibusdam recentioribus prædestinatio describitur esse, æterna præordinatio ad beatitudinem, & quod conformius est Paulo, propositum certum et firmum, quo deus ab æterno uoluit aliquibus impartiri beatitudinem.

2. Timo. 1

Collabora (inquit Paulus ad Timotheum scribens) in euangelio secundum uirtutem dei, qui nos liberauit & uocauit uocatione sancta, nõ secundũ opera nostra, sed secundũ propositum suũ et gratiã quæ data est nobis in Christo Iesu, ante tẽpora secularia. Quomodo aũt erga genus humanũ præscientia & prædestinatione utitur deus in quo nõ est iniquitas, docet Augustinus. Massæ (inquit) humãi generis, quæ in Adam & Eua præuaricatione damnabilis mortalisq; facta est, non conditione diuina generaliter, sed ex debito pœna cruciatusque gehennæ debetur, uenia uero non merito, sed dei iusti iudicis misericordiæ largitate confertur. Quia uero iustus, & misericors dominus deus præsciusq; futurorum, ex hac damnabili massa, non personarum acceptione, sed iudicio æquitatis suæ irreprehensibili, quos præscit, misericordia gratuita præparat, id est, prædestinat ad æternam uitam. Cæteros pœna debita punit, quos ideo punit, quia quid essent futuri, præsciuit. Non tamen ipse fecit puniendos uel prædestinauit, sed tantum in damnabili massa præsciuit. Quod si quæris, ait idẽ, cur deus ita differẽtes facit, si personarum acceptor non est, quia generaliter aut punire debet iusticia aut misericordia liberare? Contende cum Paulo, immo si audes, argue Paulum qui dixit, Christo in se loquente, O homo tu quis es qui respondeas deo. Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, ut quid me sic fecisti? an non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem uas in honorem, aliud uero in contumeliam? ita Augustinus.

Quomõ prædestinatione deus utitur erga genꝰ humanum

li. 6. hyp.

solutio obiectiõis.

Prædestinat igitur deus, quia uidet bonum: reprobat, quia uidet malum. Cum igitur docetur prædestinationem necessariam esse ad credendum, diligendum, perseuerandum, & similia, ne scandalum obijciatur infirmis, & impediri contingat aut languescere studia uirtutis, hoc distinctè et clare quidam recentiorum tradũt. Perinde esse in nostra potestate omnia exercitia uirtutum ad quæ credimus necessariã esse specialem dei gratiam, ac si solus generalis dei concursus sufficeret, immo ac si non esset, nisi no-

obserua qd dicatur.

And. ueg. li. 12. in cõcil. Trid.

nisi nostra sola uoluntas ad ea omnia requisita. Quin perinde nostræ subesse potestati, & ea omnia, & ipsam consecutionem beatitudinis, etiamsi deus, neq; prædestinauerit nos, neq; præsciuerit nos tantam felicitatem habituros. Tam potentem enim fecit propter suam summam sapientiam, & misericordiam, nostram uoluntatem, & tam admirabiliter suum omnem concursum, & omnem suam scientiam, & prædestinationem & uoluntatem illius arbitrio subiecit, ut poßit ipsa de se q̄dquid uoluerit statuere, & per se censeri posse, quæ per unum ipsum specialiter adiuuantē potest. Et ille ita scit, & uoluit omnia futura contingentia, quæ nostro arbitrio subiecit, ut illius scientia & uoluntas, nihil nostræ præiudicent libertati. Neque nos aliter nostræ saluti debemus per obseruantiam mandatorum intendere, & ipsius opem aßiduis & inportunis gemitibus flagitare, quàm si nihil ipse prorsus de nobis neq; sciuisset, neq; statuisset, sed nostram prorsus ad omnia expectaret uoluntatem. Potest nanq;, quod ut maximè mirabile, ita & uerißimum, & certißimum est. Potest, inquā, absque ulla prorsus sui mutatione et scire & uelle, immo & sciuisse, & uoluisse ab æterno

opposita

opposita omnium eorum quæ de nobis præsciuit & præuoluit. Et hæc sæpe desyderarunt recentiores, ut Augustinus palam & apertè respondisset obijcientibus ipsi, quod à prædicatione prædestinationis & gratiæ cessandum esset coram populo, quòd ea officeret audientibus, & segniores eos redderet ad studia uirtutum magis quàm alacriores. Electus igitur, prædestinatus, nostrorum sunt operum. Deus omnibus se offert, hæc est uocatio, si quis utitur, est electio, si usq; in finem, prædestinatio. Si quis reijcit, induratio. Ex euentu ista iudicantur, quemadmodum etiam dicimus iram dei, furorem dei, ex effectis. Neq; enim est in deo ira perturbatio animi sicutquæ ira hominis nuncupatur, sed iusta uindicta, ut Augustinus ait. Tu ergo te facis prædestinatum, electum, induratum. At gratia dei est (inquies) quæ agit? ita est, sed ea parata est omnibus. Ego (inquit dominus) sto ad ostium & pulso si quis mihi aperuerit, intrabo ad illum. Ex prædictis colligere licet, non habere impios quod cauillentur, scriptum esse, indurabo cor pharaonis. Item tradidit illos deus in reprobum sensum. Et si quæ sunt spirituales figuræ. Permißio enim eo dicendi modo significatur, non

operatio

Lodo. ui. de fide christiana.

Aug. epist. CLvij. & l. 13. d' tri.

Apoc. 3. solutio obiectionis.

Exodi 4. Roma. 1.

operatio indurationis quæ nunq̃ esset. Quemadmodum oramus ne inducas nos in temptationem, id est, ne sinas induci. Sic indurasse cor Pharaonis dicitur, quòd permiserit Pharaonem abuti sua uoluntate, idq; secundum iustissimum iudicium suum, qui cor [illegible]toris reprobum (quod nec patientia, ne[illegible]itate dei, ad pœnitentiam emollitur, nec c[illegible]punctiõe scinditur, nec timore frangitur, nec emollitur amore) in obduratione sua perseuerare permittit. Atque hæc permißio seu dei patientia magis accusat, quàm excusat impium. Videre enim licet, quot miraculis deus Pharaonem ad pœnitentiam inuitauit. Sic Iudam, ut ab impio conatu auerteret, nihil prætermisit.

solutio obiectionis. At argutator quispiam temerarius dicet. Cur ergo creat quem malum, indurandum & pe-

Roma. 9. riturum scit? huic Paulus respondet. ô homo tu quis es, qui respondeas deo? nunquid dicit figmentum ei qui se fixit. Quid me fecisti sic? an non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud uas in honorem, aliud uero in contumeliam? Incomprehensibilis enim dei sapientia ac benignitas inde perspicitur, quando impijs, qui, cum essent uasa munda creati, seque postea cõspurcarunt, ad bonũ, et gloriam no-

riam nominis sui (ut ita dicam) abutatur. Quod non soluit scriptura. In hoc, inquiens, Exodi 9. excitaui te ut ostendam in te uirtutem meam et anuncietur nomen in uniuersa terra. Inde, ut Paulus ait. Ostendit diuitias gloriæ suæ in uasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam. Roma. 9.

Præde stinati pos sũt esse nõ nunq̃ extra gratiã

Cæterum ut planius noscantur ea quæ de prædestinatione dicuntur. Primo sciendum est. Prædestinatos nonnũq̃ posse esse extra gratiã dei, quod negabat Iouinianus. Hoc autem non sic accipiendum, quasi sit aliquod tempus, quo eos non diligat deus, neque suam gratiam uelit illis impartiri. Siquidem inimicitia, non uidetur posse habere locum cum eximia illa æterna & firmißima & immutabili dilectione qua deus in electos omnes afficitur. Verum quia habent, uel faciunt aliqua quæ usq; adeò maiestati diuinæ displicent, ut quamdiu ea in illis perseuerant, neq; gratiam suam uelit eo tempore impartiri, neque dignos sua amicitia habeat: immo uero tãto odio eos prosequitur, ut siquidem in eis illa durauerint, & cum eis uitam hanc exegerint, perpetuis eos pœnis addicere uelit. Quod quidem odium illi dei dilectioni non repugnat, cum ad diuersa referũtur, odium ad præsens, dilectio ad futurum, a-

Aug. l. 13. de trinita. 3. sentent. distin. 19.

 liudque

liudque quod competit alicui ab æterna dei prædestinatiõe uel præsentia, aliud quod à præsenti iusticia uel iniusticia. Vnde illa Theologorum scholasticorũ de dilectione distinctio, secundum præsentem iusticiam, & secundum æternam prædestinationem. Qua & Hieronymus utitur contra Pelagianos scribens. Cuius quidem uerba hæc sunt. Quærit hoc Marcion & omnes hæreticorum canes, qui uetus laniarunt testamentum. Aut sciuit deus hominẽ in paradiso positum, præuaricaturum esse mãdatum illius, aut nesciuit: Si sciuit, non est in culpa is qui præscientiam uitare non potuit, sed ille qui talem condidit ut dei scientiam nõ posset deuitare. Sin nesciuit, cui præscientiam tollis, aufers & diuinitatem. Huic argumento sic respondet Hieronymus, hoc enim genere in culpa erit, qui elegit Saul futurum postea regem maximè impium. Et saluator aut ignorantiæ, aut iniusticiæ tenebitur reus. Cum in euangelio sit locutus. Nonne uos ego duodecim elegi apostolos, & unus de uobis diabolus est? interroga eum cur Iudam elegerit proditorẽ? cur ei loculos permiserit, quem furem esse non ignorabat? Vis audire rationem. Deus præsentia iudicat non futura, nec condemnat ex praesci-

Dilectiõis distinctio.

lib. 3. contra Pela.

Ioãnis 6.

præscientia quem nouerit talem fore, qui sibi postea displiceat: sed tantæ bonitatis est, & ineffabilis clementiæ, ut eligat eum, quem interim bonum cernit, & scit malum futurum, dans ei potestatem conuersionis & pœnitentiæ iuxta illum sensum apostoli. Ignoras quia benignitas dei ad pœnitentiam te adducit? secundum autem duriciam tuam & impœnitens cor, thesaurisas tibi iram in die iræ, & reuelationes iusti iudicij dei, qui reddet unicuiq; iuxta opera eius. Neq; enim ideo peccauit Adam, quia deus hoc futurum nouerat, sed præsciuit deus, quasi deus, quod ille erat propria uoluntate facturus. Hæc Hieronymus. Ex quibus manifestum est, Saulem & Iudam fuisse reprobatos & tamen aliquando bonos. Præterea deum iuxta præsentem iusticiam iudicare unũquemq; non aũt secundũ æternam prædestinationem. Huic Hieronymi sententiæ subscribit Cyrillus. Qui Iudam filium perditionis ait propterea appellatum, quòd cum in suæ uocationis principio aptus esset, sua sponte perditionem elegit, & prauitate perijt sua. Et exemplo Saulis & Adæ & angelorum confirmat uicißitudines. Quod si prædestinati sunt semper & fuerunt in gratia dei: certè nullum commiserũt

Roma. 2.

commiserunt, neq; committet crimen mortale. Qua ratione neque adulterium & homicidium Dauidis, neq; Magdalenæ libidinum intemperantia, neq; furta latronis, neq; Petri negatio, neque blasphemiæ & persecutiones Pauli, neq; alia id genus horrenda, letale peccatum fuerunt in illis, qui tandem ad fidem cõuersi sunt, & per illam, bonáque opera salui facti sunt. Siquidem inconfesso est, letale peccatum non esse, nisi quod gratiam dei aufert, et nos in ipsius odio qui uita animæ nostræ est, constituit.

2 Adhæc si prædestinatus nunq̃ est extra gratiam dei, neque igitur Adam quem ex literis sacris constat saluum esse, fuerit aliquando deo inimicus, aut extra gratiam ipsius. Et falsò dixisset Paulus. Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortem filij eius, multo magis reconciliati salui erimus in uita ipsius. Nullus etiam hominũ natus esset, aut nasceretur in peccato originali. Nam si Adam nunquam ob sua peccata fuit deo inimicus, neque suam ergô posteritatem fecerit deo inimicam & exosam, neque nos eguissemus redemptore, qui nos reconciliaret deo: siquidem qui ipse inuisus regi nõ est, nunquam faciet progeniem suam regi inuisam.

Sapiẽ. 10.

Rom. 5.

3 At hoc sentire, non aliud est quàm mysterium redemptionis nostræ irritum facere. Iam si prædestinati nunquam essent extra gratiam, et reprobi nunquam fuissent in gratia, & omnes homines sunt reprobi uel prædestinati: hac ratione Christi mors nullos iustificasset, nullis uitam attulisset. Quod quam alienißimum à uero est, inter sexcenta sacræ scripturæ testimonia, illud testatur Pauli. Christus factus est nobis à deo sapientia, & iustificatio, & redemptio. Deinde dum de prædestinatione disseritur, sciẽdum est reprobos quosdam posse esse nonnunquam in gratia. Iustos item gratiam dei amittere, & iniustos eam recuperare posse. Quod primum attinet, exemplo sunt Saul, Solomon, Iudas, quos in gratia fuisse aliquando, & postea reprobatos, ex sacra scriptura colligunt Augustinus, Hieronymus, Cyprianus, & cæteri. Quamuis de Solomonis pœnitentia, nomine Ambrosij euulgatus liber esse fertur. Inter alios autem ipse parens & caput omnium reproborum, istucipsum abunde docet. Luciper quippe fulgentißimus in principio suæ creationis, sicut sub typo regis Babylonis ei attestatur Isaias, & tamen cecidit, eodem propheta testante, & detracta est ad

1. Cor. 1.

Reprobi qdam pos sũt esse nõ nunquã in grã. Iusti itẽ gratiã dei amittere possunt et iniusti eam recuperare.

Isa. 14.

infernum superbia eius, & ad profundum la-
Lucæ 10. cus. De qua re & saluator. Videbam, inquit,
Aug. li. 11 sathanam quasi fulgur cadentem de cœlo. Iu-
d'ciui. Hie stos autem gratiam dei amittere posse, & in-
ronym. in iustos eam recuperare, quod negabat Ioui-
Esaiam. nianus, cum ex alijs, tum ex Ezechiele li-
Ezech. 18 quere potest. Cum auerterit se iustus (inquit)
à iusticia sua, & fecerit iniquitatem morietur
in eis, in iniusticia quam operatus est, morie-
tur. Et cum auerterit se ab impietate sua quã
operatus est, & fecerit iudicium & iusticiam,
ipse animam suam uiuificabit, considerans e-
nim & auertens se ab omnibus iniquitatibus
suis quas operatus est, uita uiuet, & non mo-
Solutio ob rietur. Neque est quòd quispiam Ioannem a-
iectionis. postolum prædictis contrarium existimet, inde
1. Ioan. 3. adeò quòd dixerit. Omnis qui natus est ex
deo, peccatum non facit, quoniam semen ipsi-
us in eo manet, & non potest peccare, quoni-
am ex deo natus est. In hoc manifesti sunt filij
dei & filij diaboli. Omnis qui non est iustus
non est ex deo. Hæc ille, & plura in eam sen-
tentiam. Ex quibus uerbis Pelagiani collige-
bant, iustos omne peccatum deuitare posse. Nã
hæc ita intelligenda sunt, ut Augustinus & a-
lij permulti interpretantur, non posse scilicet

stare

stare simul natiuitatem diuinam & peccatum
mortale. In quem sensum interpretatur Hie- Hieron. in
ronymus uerba illa Christi. Non potest arbor 7. Matth.
mala bonos fructus facere, nam sensus est, ait,
Quamdiu est arbor mala, ab ea non potest
prodire fructus bonus. Nam si hæc uerba in-
telligenda essent quemadmodum Pelagiani sen
serunt, parua epistola, ut Hieronymus ait, in
primo contra Pelagianos, esset sibi contraria.
Quandoquidem Ioannes in eadem epistola
scriptum reliquit: si dixerimus quia peccatum
non habeamus, ipsi nos seducimus, & ueritas
in nobis non est. Et mox. si confiteamur pec-
cata nostra, fidelis & iustus est, ut remittat no-
bis peccata nostra & emundet nos ab omni
iniquitate. Quod si opposueris, inquit Hiero-
nymus, quare dixerit, & non potest peccare
quia ex deo natus est. Audies, inquit, & ubi
erit premium uolũtatis? si enim ideo non pec-
cat, quia peccare non potest, liberum tolletur
arbitrium, et nequaquam nostrum fiet, sed na-
turæ bonum quæ peccata non capiet. Non igi-
tur ex uerbis prædictis Ioannis aliud quid ha-
beri potest, quàm iustos neq; peccatum admit
tere mortale, neq; posse admittere quamdiu
in iusticia dei & adoptione perseuerant, &

 semen

semen dei, id est, gratia in illis permanet. Si enim Ioannes illis uerbis sensisset iustos, siue ex deo natos iusticiam suam seu natiuitatem diuinam amittere non posse, certè non dixisset.
1. Ioan. 2. Vos quod audistis ab initio, in uobis permaneat. Quia si in uobis permanserit quod audistis ab initio, & uos in filio, & patre permanebitis. Et statim. Et uos unctionem quam accepistis ab eo, maneat in uobis, & sicut docuit uos manete in eo. Quorsum enim ad permanendum in doctrina & gratia accepta hortatus fuisset, si perdere illam non possimus? Sunt qui aliter uerba Ioannis interpraetentur, quorum interpraetationes missas facio.

DE SACRAMENTIS.

Sacramentũ

SEd de sacramentis quemadmodum propositum erat dicamus. Sacramentum in literis sacris significat id quod Graeci mysterium dicunt, quod sacrum secretum aut religiosum arcanũ dici potest, à uerbo Graeco μύω, id est, claudo & τηρεῖν custodire. In qua significatione accipitur tripliciter. Primo latius, quando scilicet significat omne religiosum arcanum

Sacramẽti acceptio tripl.

1

arcanum seu omnem rem sacram absconditã, etsi alterius rei signum non sit, uti dicimus sacramentum diuinitatis. sic Paulus Ephesijs scribens ait, Deum nobis sacramentum suae uolũtatis notum fecisse secundum beneplacitum suum, quod alijs generationibus non est agnitũ. Itidem ad Timotheum scribens innuensq; ipsum Christum magnum esse pietatis sacramentum, quòd inuisibilis existens, manifestatus est in carne, ait: magnum est pietatis sacramentum, quòd manifestatum est in carne. Secundo sacramẽtum dicitur sacrae rei signum, quod eius similitudinem gerit cuius signum est, ut figurae & signa ueteris testamenti sacramenta appellantur. Tertio sacramentum peculiariter significat sacramenta nouae legis quae sunt signa uisibilia inuisibilis gratiae dei, quam deus certò & efficaciter in ipsis operatur, modo ritè nec indignè tractentur. Numerantur autem nouae legis sacramenta septem: Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Poenitentia, extrema unctio, ordo, & matrimonium. Horum quinq; ad spiritualem uniuscuiusque hominis in seipso perfectionem, duo ultima ad totius ecclesiae regimen, multiplicationemque ordinata sunt. Per baptismum enim spirituali-

Ephes. 1.

1. Timo. 3

2

3

Sacramẽta nouae legis.

Effectus sacramentorũ.

ter renascimur. Per confirmationem augemur in gratia, & roboramur in fide. Renati autẽ & roborati, nutrimur diuina eucharistiæ alimonia. Quod si per peccatum, ægritudinẽ incurrimus animæ, per pœnitentiam spiritualiter sanamur: spiritualiter etiam & corporaliter (prout animæ expedit) per extremam unctionem. Per ordinem uero ecclesia gubernatur, & multiplicatur spiritualiter. Per matrimonium corporaliter augetur. Inter hæc tria sunt, baptismus, confirmatio, & ordo, quæ characterem id est spirituale quoddam signum à cæteris distinctum imprimunt in anima indelebile. Vnde in eadem persona non reiterantur. Reliqua uero quatuor characterem non imprimunt, & reiterationem admittunt. Sacramenta duabus potissimum de causis diuina authoritate instituta sunt. Altera ut sint signa, & notæ quædam magnæ illius congregationis quæ est ecclesia. In nullum enim nomen coagulari homines possunt, ait Augustinus, nisi aliquo signaculorum uel sacramentorum uisibilium consortio colligentur. Altera nero est ut non solum significent, sed etiam sanctificent et conferant inuisibilem dei gratiam, non propria rerum externarum uirtute, aut merito ministri:

Characterem imprimẽtia sacramenta

Sacramẽta quare instituta.

1

Aug. con. faust. l. 19

2

ministri: sed domini instituentis, ac secretius operantur. Itaq; etsi decet bonum esse sacramentorum ministrum, tamen malus etiam potest ea utiliter dispensare. Non enim pendent sacramenta ex dignitate ministrorum sed ex mandato & ordinatione diuina. Clamat contra Corinthios Paulus quòd æstimarunt baptismi gratiam à ministris dicentibus. Ego sum Pauli, ego Apollo, ego uero Cephe, ego uero Christi, quasi diuisus esset Christus. uel Paulus uel Apollo pro ipsis crucifixi, aut in nomine Pauli, & non potius Christi baptisati essent. Atque hinc liquet quantum differebant sacramenta legis nouæ à ueteris legis sacramentis. Illa enim non conferebant gratiam dei, sed eam solum per passionem Christi dandam figurabant. hæc uero & continent gratiam, & ipsam dignè suscipientibus conferunt. Quamuis autem deus omnipotens potuit sine omni uisibili forma, gratiam suam nobis donare: tamen quoniam carnales sumus, et ad spiritualia capessenda admodum tardi, carne existente infirma, multoq; plus nos afficiunt quæ oculis cernimus quàm quæ aurium sensu percipimus: idcirco ut eam gratiam quam nobis in ara crucis moriendo Christus promeruit, participemus, &

1. Cor. 1.

Differentia inter sacrameta ueteris et nouæ legis.

Sacramenta cur sub uisibili forma instituta.

mus, & nobis applicemus, sub forma uisibili sacramenta instituit, quæ suo uerbo, & promißione firmauit, et, inter initia sacramentorum, uisibilibus signis, ac miraculis, ut sciremus per eorum legittimum usum, fructum suæ paßionis nobis efficaciter, et certò communicari.

Sacramenta qui bus perficiuntur. Sacramenta omnia tribus perficiuntur, uidelicet rebus tanquam materia, uerbis tanquã forma, & persona ministri conferentis sacramentum cum intentiõe faciendi quod facit ecclesia. Quorum si aliquid desit, non perficitur sacramentum. Primum omnium sacramẽtorum locum tenet baptismus quòd uitæ spiritualis est ianua. Per ipsum enim membra Christi, ac de corpore efficimur ecclesiæ. Et cum per primum hominem mors introierit in uniuersos, nisi ex aqua & spiritu sancto renati fuerimus, non poßumus (ut inquit Christus) in regnum cœlorum intrare. Est igitur baptismus sacramentum quo homo regeneratur in nouam creaturam, cum aliâs sit filius iræ. Baptismus Græca uox est significans tinctionem, lotionem. Quamobrem uocabulum, genere acceptum etiam ad lotionem rerum externarum accommodatur, ut apud Marcum. Pharisæi, & omnes Iudæi à foro uenientes, nisi baptisentur,

Ioan. 3.

Baptismus.

Ephe. 2.

Mar. 7.

sentur, non comedunt. Materia huius sacramenti est aqua uera, & naturalis, id quod colligitur ex uerbo Christi. Nisi quis renatus fuerit, ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei. Forma autem est. Ego te baptiso in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. à Christo tradita in euangelio cum præcepit Apostolis, ut in nomine patris & filij & spiritus sancti baptisarent. In quod quidem uerbum inprimis intuendum est. In aqua enim uerbum mundat. Detrahe uerbum (ut ait Augustinus) et quid est aqua, nisi aqua: accedit uerbum ad elementum, & fit sacramẽtum. Cum igitur dicit minister, Ego te baptiso in nomine patris, & filij, & spiritus sancti: sensus uerborum est. Hoc uisibili signo tecum paciscor, ac testor te reconciliari deo, te recipi à deo, qui est pater et filius et spiritus sanctus. Minister sacramenti huius, est sacerdos, cui ex officio competit baptisare. In causa tamen neceßitatis, non solum sacerdos, uel diaconus, sed etiam laicus, & mulier, immo etiam gentilis & hæreticus baptisare potest, dum modo formam seruet ecclesiæ, & facere intendat quod facit ecclesia.

Materia baptismi. Ioan. 3.

Forma baptismi.

Mat. ulti.

Aug. i Ioã

Minister sacramenti. Cõci. Flo.

Baptismi triplex genus, fluminis, flaminis, & san-

Baptismus trip.

& sanguinis. Fluminis baptismus est, quo Ioannes baptisabat, qui non habebat remißionẽ peccatorum, sed pœnitentiam solam afferebat hominibus. Quod autem Marcus euangelista scribit Ioannem prædicasse baptisma pœnitentiæ in remißionem peccatorum. Intelligendum est illum prædicasse baptismum pœnitẽtiæ, hoc est, prædicasse quò ferret baptismus pœnitentiæ, nempe in remißionem peccatorum. Vt quando dicimus. Venit quidam satelles regis prædicans ciborum præparationem ut bene fiat his qui præparant cibos regios: non dicimus hoc, ꝙ satelles bene facturus sit his, qui præparant regios cibos, sed quod ipse prædicarit præparationem ciborum, ut hi qui illos præpararint, regemq; susceperint, beneficia cõsequantur. Sic igitur & hoc loco prædicauit pœnitentiam, ut hi qui pœnitentiam egerint, suscepto Christo, remißionem peccatorum cõsequantur. Flaminis autem baptismus, est spiritus sancti, quem instituit Christus. Sanguinis uero, quo infantes ab Herode occisi, sunt iniciati. De quibus Cyprianus. Hi nuper cruore lacteo loti, primitias baptismi martyrio consecrarunt, tradentes posteris formã, ubi articulus neceßitatis excluserit moram, nõ minus ad

[Margin: Baptismus Ioãnis. Marci. 1. Theophi. in Marcũ. Flaminis baptismus. Baptismus sanguinis. Cipri ano.]

minus ad lauacrum animæ sanguinem efficacem, quàm sanctificatas uerbis aquas, maximẽ cum nec sanguis hoc elemẽto careat, sed aquarum motu per totum corporis alueum fluat. Spiritus uero sanctus & aquis & sanguini super fertur, qui subiectos sibi fouet & abluit, quo baptizante, idem occisio quod mersio operatur. hæc ille.

Secundum sacramentum est confirmatio, in qua spiritus sanctus datur ad robur & augmẽtum uirtutis, quo aduersus peccatorum, mundi, diaboli insultus homo confirmetur, nullisq; terroribus à Christi confeßione separari queat. Ideoq; in fronte ubi uerecundiæ sedes est. confirmandus inungitur, ne Christi nomen cõfiteri erubescat, et præcipue crucem eius, quæ, ut Paulus ait, Iudæis est scandalum, gentibus autem stultitia: propter quod signo crucis signatur. Eius sacramenti exemplum est in Actibus Apostolorum, quando Apostoli his qui erant in Samaria imponebant manus, & orabant ut acciperent spiritum sanctum. Nondum enim (scribit Lucas) in quempiam illorum uenerat, sed baptizati tantum erant in nomine domini Iesu. Quin & illud ad confirmandum hoc sacramentum pertinet, quod Apostolis accidit

[Margin: Cõfirmatio. CVR unctio in fronte fit. 1. Cor. 1. Exemplũ cõfirmat. Actuũ 8.]

lis accidit, Qui cum accepissent spiritum sanctum insufflante in eos Christo, ut scribit Ioannes. ijdem tamen acceperunt spiritum sanctum in die Penthecostes ut testatur Lucas. Illic enim spirituale donum. ut peccata remitterent: hic uero aliorum charismatum uirtutem acceperant.

Ioan. 20.
Actu. 2.
Theophi.

Materia cõfirmat.

Materia confirmationis, est Chrisma confectum ex oleo, quod nitorem significat conscientiæ, & balsamo, quo significatur odor bonæ famæ per episcopum Benedicto. Significat autem Chrisma idem quod unguentum seu unctio. Et quanquam sacramentum confirmationis initio, impositione manuum tantum celebratum fuit: tamen ecclesia sub ipsis statim Apostolorum temporibus, ex eorundem (ut grauißimi scriptores docent) traditiõe, ut externo signo internam spiritus sancti unctionẽ designaret, ritui eius adhibuit Chrisma. Quo cum in ueteri lege reges et sacerdotes usi sunt, non immerito & Christiani spiritu sancto uncti, utuntur, quippe qui facti sunt testante Petro regale sacerdotium, quòd sc͠zt illi spirituales hostias offerant, sintq; de uice eius qui est rex & sacerdos in æternum.

Chrisma
solutio obiectionis.
1. Pet. 2.

Forma cõfirmationis.

Forma confirmationis est. Signo te Signo crucis, & confirmo te Chrismate salutis, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti.

DE SACRAMENTO EVCHARISTIAE.

Sacramẽtũ Eucharistiæ cur institutũ à Christo.

Sacramentũ eucharistiæ ex instituto Christi sumitur, primũ ut recolatur paßio Christi, & summa Dei in genus humanum beneficentia & amor, atq; ita Deo agantur gratiæ, in quam sententiam dixit Paulus. Quotiescunq; manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem domini annunciabitis donec ueniat. Vnde à quibusdam sacramentum hoc Eucharistia dicitur Græco uocabulo, id est, gratiarum actio, seu gratitudo, quod scilicet gratißimis animis mortem Christi recolere debemus. Deinde ut significetur & confirmetur arctißima coniunctio mystici corporis cũ capite, hoc est, Christi & ecclesiæ, ad quem modum dixit Paulus. Vnus panis & unum corpus multi sumus, qui de uno pane & de uno calice participamus. Christus item apud Iohannem. Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in eo. Eam ob rem Sacramentum hoc Græcis dicitur

1. Cor. 11.
Eucharistia.
1. Cor. 10
Ioãnis 6.

Synaxis. citur synaxis, id est, conciliatio seu communio. Postremo quod hoc sacramento digne sumpto gratia augetur, & uita spiritualis acquiritur. De qua re Christus loquitur. Qui Ioan. 6. manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, habet uitam æternam. Item. Amen amen dico uobis nisi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis.

Materia sacramenti. Materia eius sacramenti est panis triticeus azymus seu fermentatus, & uinum, idq; aptißime. Quemadmodum enim ex multis gra- Côci. Flo. nis conficitur unus panis, et ex pluribus acinis uinũ confluit. Sic ecclesia quæ est corpus mysticum ex multis fidelibus, charitate copulante connectitur. Et sicut panis hic terrestris imbecillitatem carnis nostræ reficit, & conseruat, & uinum hominem lætificat: Sic sacramentũ eucharistiæ interiorem hominem reficit & lætificat, cum intelligit per Christum se adeptum

Quib9 cõstat sacramentũ Eucharistiæ esse omnia. Constat autem sacramẽtum Eucharistiæ duobus, uisibili elementorum specie, & inuisibili domini nostri Iesu Christi carne & sanguine. Neque enim illic uidetur corpus & sanguis Christi, nisi per accidens, quatenus uidentur species & signa sub quibus latet uerum

tet uerum corpus Christi & sanguis. Vt Christus ipse testis est locuples. cum diceret, Qui Ioan. 6. manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem in me manet & ego in eo. Et Pau- 1. Cor. 11. lus. probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat, qui enim manducat & bibit indigne iudicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus domini.

solutio obiectionis. Quod uero corpus domini post consecrationem uocat scriptura panem. Id fit per metonymiam qua plerunq; materia ponitur pro materiato, ut dicitur. Vt inter cætera illud ec- Eccles. 10 clesiastici. Quid superbis terra & cinis? Sic corpus domini nostri Iesu Christi panis dicitur, quod ex pane fit, & panis qualitates retinet.

Forma Eucharistiæ. Forma huius sacramenti, sunt uerba saluatoris quibus hoc conficitur sacramentum. Hoc est enim corpus meum. &c. Quæ uerba sacerdos in persona Christi loquẽs hoc sacramentum conficit. Nam ipsorum uerborum uirtute, substantia panis in corpus Christi, & substantia uini in sanguinem conuertun- Côci. Flo. tur, ita tamẽ ut totus Christus contineatur sub specie panis, & totus sub specie uini, sub qualibet quoq; parte hostiæ consecratæ, & uini consecrati (separatione facta) totus est Christus.

stus. De quo ecclesia canit. Fracto demum sacramento non uacilles sed memento, tantum esse sub fragmento quantum toto tegitur. Nulla rei fit scissura signi tantum fit fractura qua nec status nec statura signati minuitur. Sub diuersis speciebus signis tantum et non rebus latent res eximiæ. Quod non capis, quod non uides, animosa firmat fides præter rerum ordinem. Miraris quòd in qualibet parte eucharistiæ totum corpus & integrum manet. cur non miraris q in speculo repræsentatum, in qualibet eius parte relucet integrũ? Cur non miraris quòd uox eadem à proferente ædita omnium auribus integra excipitur? Miraris q corpus in tam parua hostia, ut dicitur, continetur, cur non miraris quòd exigua oculi pupilla montem uel maximum apprehendit? Sed hic captiuandus intellectus. Neq; religio christiana argumenta requirit, sed fidem. at de ea re aliâs latius.

DE POENITENTIA.

Svperest ut de pœnitẽtia dicamus. Christus pro his qui in peccata post baptismum labuntur,

buntur, Sacramentũ instituit pœnitentiæ, cum dixit. Accipite spiritum sanctum quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, quorum retinueritis, retenta sunt. De hac pœnitentia scriptum est illud. Memor esto unde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac. Et alibi. Quæ secundum deum tristicia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur. Proinde grauißimi authores pœnitentiam, secundam tabulam post naufragium deperditæ gratiæ, aptè nuncuparunt. Pœnitentia dicitur quasi pœnæ tenentia, quòd pœnam teneant pœnitentes, & seipsos puniant pro admißis peccatis.

Iodn. 20. — *Apoc. 2.* — *2. Cor. 7.* — *Pœnitẽtiæ etymon.*

Pœnitentia constat quinq; partibus, cessatione à peccatis, detestatione, confeßione, absolutione, & satisfactione. Quidam tres partes pœnitentiæ ponunt, Contritionem, confeßionem satisfactionem. Verum hi comprehendunt sub contritione cessationẽ à peccatis, sub confeßione uero absolutionem. Nonnulli fidem faciunt partem pœnitentiæ: uerum illa est fundamentum omnis operis boni. Nam nisi crediderimus, labuntur nobis omnia.

Partes pœnitẽtiæ Cõci. Flo. — *Fides.*

De cessatione à peccatis, testis est inter cæteros Esaias, qui ut impius inueniat misericordiam,

Cessatio à peccatis. Esaiæ 55.

diam, primas partes tribuit cessatiōi à peccatis dicens. Derelinquat impius uiam suam, & uir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad do-
Roma. 6. minum, & miserebitur eius. Et Paulus admonere uolens Romanos, ut induerent arma lucis, prius admonuit ut abijcerent opera tene-
1. Cor. 6. brarum. Et similiter ad Corinthios. Expurgate uetus fermentum ut sitis noua consperſio, sicut
2. Pet. 2. estis azymi. Huc & illud prouerbium Petri pertinet de hominibus qui in eadem uitia reuoluuntur. Canis reuersus ad suum uomitum, & sus lota, in uolutabro luti. Porro cessatio esse debet, quæ ex proposito & firma animi deliberatione proficiscitur.

Detestatio pctōrū. Detestatio autem peccatorum necessaria est, quòd peccata ita abijcere possumus, si nobis displiceant. Sub hac, ut dictum est,
Cōtritio. contritio comprehenditur. quæ est uehemens animi amaritudo ac intimus dolor conscientiæ, quæ deum irasci peccatis sentit, & peccasse grauiter dolet, cum uoto uitam in me-
Contritio unde incipit. lius commutandi. Hæc, ut plurimum, incipit & concipitur fide historica, et timore seruili, sed non perficitur nisi fide syncera & ti-
Differētia ueræ et falsæ pœnitētiæ. more filiali. Qui quidem timor cum fide coniunctus, ueram pœnitentiam à falsa discernit, et con-

et contritionem non ueré pœnitentis ab ea quæ est ueré pœnitentis. Impius enim concepto timore seruili ex metu supplicij, atq; ibi consistens in desperationem adigitur. Quod uidere est in Cain, Pharaone, Iuda traditore, et cæteris. Contra, quos deus clementer respicit in hoc dolore constitutos, hi quum ex timore per fiduciam misericordiæ ad timorem filialē gradum fecerint, tum demum ad ueram pœnitentiam contristantur. Quales fuere: Dauid, Niniuitæ, Maria Magdalena, & cæteri. Qui non ut impij obdurāt, sed scindunt corda sua, deo ante ostium stanti ac pulsanti aperientes. Apoc. 3.
Ad hanc pœnitentiam interiorem paßim nos scriptura prouocat. Scindite (inquit Ioel) Ioel 2.
corda uestra, & non uestimenta uestra. Et Esaias ait dominū habitaturū in corde cōtri- Esaiæ 66.
to et humiliato. Sacrificiū enim deo (ait Psal- Psal. 50.
mographus) spiritus contribulatus, cor contritum et humiliatum deus non despicies. Quāuis aūt sanctior est pœnitentia, quam timor filialis in bonitatem dei respiciens et inchoat et format: tamen quia est hæc fragilitas humana, & imperfectio, ut non facile attollant oculos ad bonitatem dei, nisi prius iram senserint, quemadmodum ait Psaltes. Cum occi- Psal. 77.

deret eos quærebant eum, & reuertebantur, et diluculo ueniebant ad deum. Proinde placuit grauißimis authoribus pœnitentiæ doctrinam
Similitudo à timore seruili non inepte ordiri. Hinc comparant illi timorem setæ. Vt enim per setam linum introducitur: sic per hunc timorem, charitati locus præparatur. Et nisi seta exeat, non succedit linum. Ab hac timoris incußione, do-
Mar. 3. ctrinã pœnitentiæ Ioannes exorsus. Iã securis ad radicem arboris posita est. Omnis ergo arbor quæ non facit fructum excindetur, & in
Lucæ 13. ignem mittetur. Nec aliter Christus. Nisi pœnitẽtiam habueritis, omnes similiter peribitis.
Matth. 10 Et alibi. Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam uero occidere non poßunt, sed potius timete eum, qui potest & corpus & animam mittere in gehennam.

DE CONFESSIONE.

Hilar. in psal. Confeßio est duplex: laudis, & peccatorum, hæc posterior est pars pœnitentiæ. De laudis confeßione est illud Christi
Matth. 11 apud Matthæum. Confiteor tibi pater domine cœli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus.

tibus. Et illud Psalmographi. Confiteantur tibi populi deus. Psal. 66.

Confeßio peccatorum est triplex. Vna interior qua soli deo peccata confitemur, eius misericordiam implorantes, de qua illud est Dauidis. Dixi confitebor aduersum me iniusticiam meam domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Item illud. Quoniam iniquitatem meam agnosco, & peccatum contra me est semper. Cõfeßio peccatorũ triplex. Psal. 31. Psal. 50.

Altera confeßio est fraterna. De qua illud est Christi apud Matthæum. Si offers munus tuum ad aram, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque illic munus tuum ante altare, & uade prius reconciliare fratri tuo, et tunc ueniens offer munus tuum. De eadem illud & Iacobi intelligi potest. Confitemini alterutrum peccata uestra, & orate pro inuicẽ, ut saluemini. Cõfeßio fraterna. Mat. 5. Iaco. 5.

Tertia quæ fit sacerdotibus habentibus legitimam potestatem remittendi peccata, qui quidem sacerdotes legatione (ut Paulus ait) funguntur pro Christo: illisq; data potestas dimittendorũ peccatorum per Christum, cum diceret. Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, et quorum retinueritis, retenta sunt. Ea in Cõfeßio quæ fit sacerdotibus. 2. Cor. 5. Ioan. 20.

 uniuersum

Cōfeſſio publica et ſecreta.

uniuerſum eſt duplex: publica, & ſecreta. Publica quæ fit per ſacerdotes nomine totius populi, ac ipſum etiam populū comitantē uerbis ſacerdotē. Eius exemplū eſt apud Neemiā, ubi populus confitetur peccata ſua & iniquitatem patrum ſuorum. Et in Leuitico præceptum erat, ut epiſcopus poſita utraq; manu ſuper hircum quem offerebat, confiteretur omnes iniquitates filiorum Iſráël, & uniuerſa debita.

Neem. 9.

Leuit. 16.

Cōfeſſio priuata.

Priuata autem quæ & ſacramentalis à patribus dicitur, eſt quando ſecreto fit peccatorum confeßio ſacerdoti legitimam poteſtatem habenti remittendorum peccatorum. Qui quidem ſacerdos grauatam conſcientiam habentibus, conſilium, conſolationem & abſolutionem dat. Eius confeßionis exemplum eſt, ut grauißimi authores tradunt, apud Matthæū in populis, Ioanne baptiſante peccata confitētibus. Et actuū 19. Vbi ſcribitur multos credentium ueniſſe ad Apoſtolos confitentes & annunciantes actus ſuos. Quin & Chriſtus ipſe, cum apoſtolis, eorumq; ſucceſſoribus poteſtatem dedit dimittendorum peccatorum, ut ſcribitur apud Ioannem: certè confeßiōem tacitè indicauit. Quid enim ſoluet ſacerdos, ſi nihil ei confeſſum fuerit? Eius ſecretæ con-

Sacerdos qd cōferat poenitēti.

Matth. 3.

Actuū 19.

Ioan. 20.

feßionis eſt mentio crebra apud Cyprianum, Dionyſium, & cæteros uetuſtißimos. Confeßionem ſacramentalem quidam aiunt ſufficere quandoq; ſaltem in uoto, uel ſuo tempore faciendam, quòd non ſit neceſſaria ad reparationem lapſi confeßio, ſicut ceſſatio à peccatis, & eorum deteſtatio, ſatis quippe eſſe aiunt uotum ſeu propoſitum confitendi tempore quo peccator ad id aſtringitur, uidelicet ſemel in anno ex ſtatuto eccleſiæ, & tempore ſuſceptionis euchariſtiæ, & in periculo mortis, ex iure diuino.

Cypr. ſerm. 5. de lapſis

Diony. ad Demophilum.

And. ueg.

DE ABSOLVTIONE.

Abſolutio à

ABſolutio, eſt ſolutio à peccatis per ſacerdotem facta uirtute diuina ſibi collata. Cuius poteſtatis illud teſtimonium apud Ioannem Chriſti loquentis ad Apoſtolos. Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, et quorum retinueritis, retenta ſunt. Et illud apud Matthæum. Quodcunq; ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlo: et quodcunq; ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis.

Ioan. 20.

Matth. 16.

Forma absolutiõ. Ioan. 20. Forma absolutionis. Ego absoluo te à peccatis tuis, in nomine patris & filij & spiritus sancti. Quæ huic promißioni innixa est. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Adduntur quædam præcationes sub absolutiõem. Quod uero manus sacerdotis super caput pœnitẽtis imponitur, indicat manum dei, hoc est, diuinam uirtutem, seu spiritus sancti gratiam emundantem ac sanctificantem, sacramento adesse. Præterea manus impositio apud ueteres, signum erat reconciliationis.

DE SATISFACTIONE.

Satisfactio quæ est pars pœnitentiæ, intelligitur ea quæ fit per ieiunia, eleemosynas, orationes, & alia pia uitæ spiritalis exercitia. Non quòd uim hæc inferant deo, ut uelit nolit ea acceptet pro peccatis. Nam ex sola misericordia ea remittit, & nostras qualesquales satisfactiones ex benignitate & clemẽtia acceptat: quas quidem satisfactiones post dimissam culpam per contritionem et absolutionem, ipsi sponte, uel ex consilio et iniunctione sacerdotum subimus. Nec ex natura sua tant-

tantus illis ualor conuenit ut poßint censeri merita ex condigno. Nam (ut Paulus ait) non sunt condignæ paßiones ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Roma. 8. Vt aũt ea planius intelligantur, sciendũ est duplicem esse satisfactionem. DVplex satisfactio. Vna est meritoria remißionis peccatorũ, et abolitoria mortis æternæ. Hæc soli Christo tribuitur, qui, ut Paulus ait, dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem sectatorem bonorum operum. Titum 2. Cui & Ioannes subscribit dicens. Christum factum esse propitiationem pro peccatis nostris, & nõ pro nostris tantum sed & pro totius mundi. 1. Ioan. 2. Id autem uerum est quo ad sufficientiam, licet non efficientiam, quòd non omnes sibi hunc satisfactionis Christi fructum, applicari curent. Applicatur autẽ hæc satisfactio à deo per ueram contritionem & fidem. Satisfactio Christi quomodo applicetur. Altera est satisfactio in priore fundata, quæ fit, ut dictum est, per ieiunia, eleemosynas, & orationes, & alia pia uitæ spiritalis exercitia, non pro æterna pœna, quia dimissa culpa, nullus reatus manet ad pœnam æternam: sed ad expiandas peccati reliquias, aut pro pœna temporali, quæ nõ semper cum culpa dimittitur lapsis à gratia baptismali.

ptiſmali. Cuius quidem rei eſt exemplum in Dauide. Quem cum Nathan propheta de adulterio cum Berſabee, & de homicidio Vriæ obiurgaſſet, illeq; compunctus corde dixiſſet. Peccaui domino. Mox audiuit ab eodem propheta. Tranſtulit quoq; dominus peccatum tuum. Sed ne quisquam putaret, dimiſſa culpa, nullam ſupereſſe exoluendam pœnam, ſtatim adiecit. Verum tamen quia blaſphemare feciſti inimicos nomen dñi propter uerbum hoc, filius qui natus eſt tibi, morte morietur. Neq; hoc contentus dominus, grauibus alijs malis quæ propheta comminatus eſt, regem afflixit. ſtuprata eſt filia, coniuges, interfecti filij Amnon & Abſolon, ipſe maximo cum dedecore expoliatus regno Ieroſolymis diſceßit. Maria ſoror Moyſis iubente domino, ſeptem diebus leproſa manſit extra caſtra, tametſi ad preces Moyſis, detractiõis culpam ei deus dimiſerat. Moyſi oranti pro incredulitate & diffidentia ſui populi, cum reſpondiſſet dominus. Dimiſi iuxta uerbum tuum. Et tamen ſtatim addidit. Attamen omnes homines, qui uiderunt maieſtatem meam, & ſigna quæ feci in Aegypto & in ſolitudine, & tentauerunt me iam per decem uices, neq; obedierũt uoci meæ, non ui-

2. Reg. 12.

2. Regum

Num. 12.

Nume. 14

non uidebunt terram pro qua iuraui patribus eorum. Et ipſe Moyſes, Aaron abſoluti à peccato incredulitatis apud aquam contradictionis, adhuc manſerunt rei ut non ingrederentur in terram promißionis. Item abolito peccato originali per baptiſmum, non ſimul tamen abolentur eius peccati pœnæ, quæ ſunt omnia corporis incõmoda, atq; adeò mors iſta corporalis. Huc pertinet illud ſeruatoris quando exprobrat Corozaim & Betſaidæ, qui non in cilicio, & cinere pœnitentiam agerent, quam olim feciſſent Tyrus & Sydon, ſi factæ fuiſſent uirtutes, quæ fiebant in ipſis. Itẽ illud: eleemoſina liberat à peccatis. Et quod Daniel conſuluit Nabuchodonozori, ut peccata ſua eleemoſynis, & iniquitates ſuas miſericordia in pauperes redimeret. In quibus locis appellatione peccati pœna pro peccato debita intelligenda eſt. Sunt & aliæ rationes ſatisfactionis, nimirum ut ſit in eccleſia diſciplina, maxime in coërcendis publicis delictis. Deniq; ut cæteri à flagitijs dehortentur. Habet autem pœnitentia ſuam materiam & formam. Materia eſt actus pœnitentis & dolentis de peccatis commißis. Forma aũt eſt, abſolutio. Et cũ omnes quinq; partes pœnitẽtiæ, ad

Num. 20.

Peccatũ origna le de quo ante.

Mat. 11.

Tobiæ 4.

Dani. 4.

Materia et forma poenitentiæ.

De ptibus poeni

164

tetiæ pro= positiones quædam. tiæ, ad perfectam absolutionem peccatorum ut
plurimum necessariæ sint, tamen solæ duæ con=
fessio et absolutio ex consensu omnium ad es=
sentiam huius sacramenti requiruntur. Neq;
in confessione aut detestatione aut satisfactio=
ne uirtus est ex opere operato (ut dicitur) re=
missiua peccatorũ, sed duntaxat in absolutiõe.

DE SACRAMENTO ORDINIS.

SAcramentum ordinis est quoddam signa
culum ecclesiæ quo spiritalis potestas tra=
ditur ordinato qua suscipiens consecratur.
Institutum est autem sacramentum ordinis, cũ
signo impositionis manuũ, et alijs huic sacra=
mento congruentibus ritibus, quo qui conse=
crarentur, ad munera ecclesiæ acciperent gra
tiam, qua ad eadem ipsa munera administrã=
da apti, habiles atq; idonei efficerentur. hinc
1.Tim.4. illud Apostoli ad Timotheum, noli negligere
gratiã quæ in te est, quæ data est tibi per pro=
phetiam cum impositione manuum præsbyte=
rij. Hoc autem sacramentum uerbis Christi
Ioan. 20. nititur: sicut me misit pater, ita & ego mitto
uos. Accipite spiritum sanctum quorum remi=
seritis pec=

seritis peccata remittuntur eis. Item. Euntes Mar. 16.
in mundum uniuersum prædicate euangelium
omni creaturæ. Item. Euntes docete omnes Mat. ulti.
gentes, baptisantes eas. Item. Hoc facite in Lucæ 22.
meam commemorationem. Quibus igitur in
perpetua ecclesiæ successione manus imponũt
episcopi, ut ordinibus initientur, potestatem
muneris sui exequendi dant. Ea autem pote= Potestas
stas est duplex. Ordinis & iurisdictionis. sacerdotũ
Sub alteram cadit ministerium uerbi diuini, duplex.
administratio sacramentorum, & ecclesiarum
ordinatio ad ædificationem: sub alteram ue=
ro potestas excommunicandi. Quamuis autẽ Solutio ob
omnes Christiani sunt sacerdotes quatenus spi iectionis.
rituales hostias deo offerre, et nomen eius in
omni loco utiliter inuocare possunt: non o=
mnes tamen sunt ecclesiæ ministri tales quales
sunt in hoc ritè ordinati. Vnde duplex sa= Sacer=
cerdotium esse dicitur, Vnum internum & spi= dotiũ du=
ritale, quod est omnibus Christianis saltẽ pijs plex.
commune, qui Christi summi sacerdotis ac re=
gis membra per baptismũ sunt effecti. De hoc
sacerdotio intelligitur illud Petri apostoli, quo 1.Pet.2.
alloquitur omnes christianos. Vos estis genus
electum, regale sacerdotium. Item illud in A=
pocalypsi, Dilexit nos & lauit nos à peccatis
X nostris

nostris in sanguine suo, & fecit nos regnum et sacerdotes deo patri. Aliud sacerdotium & regnum est externum, de quo paulo ante dictum est, gratia scilicet quædam & potestas quæ per traditionem uisibili quoddam signaculo baptisatis infunditur cum per manus impositionem ad munus aliquod in ecclesia publicè gerendum ritè ordinantur. Hoc sacerdotium duplex, & in ueteri testamento reperitur.

Exodi 19. Si quidem de interno Iudæis dicitur. Si audieritis uocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis, & in regnum sacerdotale: nimirum spirituale. De externo uero sacerdotio deum

Exodi 28. Moysi præcepisse legimus, quum ait: Aaron & filios eius unges, & sanctificabis eos ut sacerdotio fungantur mihi. Eius sacerdotij munus sibi usurpans rex Ozias monente Azaria

2.Par.26. ne id faceret, lepra in fronte perfusus est. Ad distinctionem eius sacerdotij præter ea quæ dicta sunt pertinet illud Pauli.

Ephesi. 4. Dedit (inquit) quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, alios uero euangelistas, alios autē pastores & doctores.

Ordinũ ecclesiasticorum alij minores. Ordinum ecclesiasticorum alij minores, alij maiores sunt. Minores quatuor: ianitorum seu ostiariorum, lectorum, exor

cistarum, exorcistarum, acolythorum. Maiores tres: sacerdotum, diaconorum, & hypodiaconorum.

res alij maiores.

Ianitores. Ianitores dicebantur quibus custodia templi commissa erat, in hoc potißimum ut astantes templi foribus indignos à templo arcerent utpote infideles, hæreticos, excommunicatos, & cæteros eiusmodi. Præterea ostiarij custodiam habebant rerum ad usum ecclesiæ pertinentium.

Lectores. Lectores, qui lectiones quottidie ex scripturis diuinis publicè in ecclesia recitabant, quemadmodū etiamnum in precibus horarijs ad clerum recitantur.

Exorcistæ. Exorcistæ Græcè, Latinè adiurantes dicuntur, qui super uexatos ab immundis spiritibus, aut agitatos dæmoniacis illusionibus uel terriculamētis, nomen domini inuocabant, & spiritum immundum compescebant: quod munus etiam synagoga nouerat, quemadmodum caput de-

Actuū 14 cimum quartum actuum ostendit.

Acolythi. Acolythi sunt qui cōstitutos in maioribus ordinibus proximè comitarentur. Acolythus enim Græcè, Latinè assectator dicitur. his postea mandatū est ut cereos quum in ecclesia euangelium legeretur, & sacrificium laudis, celebraretur, presbyteris ac diaconis anteferrent, idq; in signum lætitiæ, ut uel sit fidelium animi ceremo-

nia exteriori incitarentur ad contemplandam euangelij lucem, & ad mentem erigendam ad
Ioānis 1. Christum qui est lux uera illuminans omnem hominem uenientem in hunc mundum. Eorum ordinum mentio est apud Dionysium Areopagitam, & in canonibus apostolicis, praeterea apud Ignatium martyrem. Quin & ad Thessalonicenses epistola ab Athenis per Tychicū diaconum & Onesimum acolythum à Paulo ostenditur esse missa, ut uel inde constet et Pauli tempore acolythos ecclesiae fuisse in ministe-
Subdiaconi. rio eiusdem. Subdiaconi qui uasa dominici corporis & sanguinis ad altare deferunt, & epistolam pronunciant. In ueteri ecclesia officium erat subdiaconorum oblationes quae à fidelibus in templo offerebantur, suscipere ac diaconis dare altaribus super imponēdas, quae sic in ecclesia ueteri fiebant, ut ad uictum cum sacerdotibus ac caeteris ecclesiae ministris, tum pauperibus sufficerent. Vnde & Paulus de col
1. Cor. 16 lectis in sanctos faciendis ad Corinthios dili-
1. Cor. 9. gentißimè perscripsit. Et alibi ait. Eum qui altari seruit, debere etiam de altari uiuere. Diaconi Graecè, Latinè ministri, dicuntur hi sacerdotibus sacra mysteria tractantibus astant, epistolam et euangelium pronunciant, etsi nūc

epistola per subdiaconum pronuncietur. In ecclesia ueteri diaconis dispensatio thesauri ecclesiastici & cura pauperum, & ecclesiae ministrorum inprimis demandata fuerat, ut colligere est, ex capite sexto actuum, ubi apostoli dicentes non esse aequum ut derelicto uer Actuū. 6.
bo dei, ministrarent mensis, iusserūt uiros probatos septem eligi qui curam eorum haberent quae ad uictum pertinent. Praeterea erant diaconi ueluti oculi episcoporum perscrutantes diligentius actus totius ecclesiae, ut referrēt haec ad episcopum, ut moneri ab episcopo posit is qui in praecipitium lapsurus esset. Diaconos ait Paulus, debere esse pudicos, non bilingues, 1. Tim. 3.
non multo uino deditos, non turpe lucrum sectantes. Presbyteri qui summum in ecclesia Presbyterī
ordinem gerunt, Latinè seniores appellantur. Quo nomine presbyter Petrus compresbyteros suos appellat. Seniores (inquit) qui in no- 1. Petri 5.
bis sunt, obsecro consenior & testis Christi paßionū. Seniores autem dicti non tam ob aetatem, sed magis ob morum grauitatem & sapientiae doctrinam, quae in ipsis quàm maximè elucere debent. Ordo presbyteratus seu sacerdotij ordine quodam officiorum ac dignitatum distinguitur. Nam quidam sunt episcopi Episcopi.

Græcò uocabulo dicti. Latinè superinspectores. quidam Archiepiscopi quasi principes episcoporum. Quidam patriarchæ, hoc est, summi patres. Horum ante Constantinum imperatorem numerabantur tres tantum, nempe Romanus, Antiochenus, & Alexandrinus. Nam principio sub Antiocheno erat Hierosolymitanus, post Constantinum additus Constantinopolitanus. Eorum summus est Romanus plenitudine administratiõis ac potestatis. Cuius dignitas summo pontificatui ueteris legis respõdet, de quo in Deuteronomio ita scriptum est. Qui autem superbierit nolens obedire sacerdotis imperio qui eo tempore ministrat domino deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Israël. Est sanè hoc contra schismata magnum remedium. Neq; aliunde hæreses, ait Cyprianus, obortæ sunt, aut nata sunt schismata, quàm inde, quòd sacerdoti dei non obtemperatur, nec unus in ecclesia ad tempus sacerdos & ad tẽpus iudex uice Christi cogitatur. Cui si secundum magisteria diuina obtemperaret fraternitas uniuersa, nemo aduersum sacerdotum collegium quicquam moueret, nemo post diuinum iudicium, post populi suffragium, post cõepiscoporum

Patriarchæ.

Ire. l. 3. cõtra hæret. Tertul.

Deute. 17

Cyp. li. 1. epist. 3.

scoporum consensum iudicem se non iam episcopi sed dei faceret.

Materia sacramenti ordinis est illud per cuius traditionem confertur ordo, sicut presbyteratus traditur per calicis cum uino & patenæ cum pane porrectionem. Diaconatus uero per libri euangeliorum dationem. Subdiaconatus per calicis uacui cum patena. Præterea pertinet, ad elementum eorum ordinum impositio manuum, de qua Paulus ad Timotheum. Manus cito nemini imposueris. Et Actuum 6. manuum impositione confirmantur septem ab apostolis ordinati in ministerium uiduarum. Item unctio, quæ adhibetur sacerdotio iniciandis, elementum est ordinis, quæ ab unctione legis originem habet. In collatione uero minorum ordinum dãtur certa quædam instrumenta, quibus quod cuiusq; ordinis munus sit exprimitur, quæ uice elementi sunt, ut ostiario claues. Lectori liber biblicus. Exorcistæ liber exorcismorum. Acolytho candelabrum cum cereo.

Materia sacramenti ordinis.

Impositio manuum.

1. Tim. 5.

Actuũ. 6.

Materia minorum ordinum.

Forma autem ordinis sunt uerba quæ profert episcopus in ordinandis ijs qui sacris ordinibus iniciantur.

DE MATRIMONIO.

Matrimoniũ quid.

MAtrimonium est legitima coniunctio uiri & mulieris, indiuiduam uitæ cõsuetudinem retinens. Legitimam quidem coniunctionem esse oportet, quum sunt plura ob quæ non fit legitima, utpote cognatio, uis, & cætera quæ ab alijs describuntur. Quamuis autem sub lege patrum, unus plures uxores duceret, & ductam aliquando dato libello repudij, à se dimitteret, tamen matrimoniũ per Christum restauratum, tale est, ut sit duorum tantum, hoc est, uiri unius cum una muliere cõiunctio. Præterea ut uinculum coniugij inter duos semel colligatũ, nullo amplius diuortio, sed sola alterutrius morte dissoluatur. De eo ita Christus apud Matthæum. Qui fecit (inquit) hominem ab initio, masculum & fœminam fecit eos, & dixit: propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una. Itaq; iam non sunt duo, sed una caro. Quos igitur deus coniunxit, homo non separet. Et paulo post. Moyses ob duriciam cordis uestri permisit

Matth. 19

Matth. 19

misit uobis dimittere uxores uestras, ab initio autem non fuit sic. Quamobrem quicunq; dimittit uxorem suam, nisi ob fornicatiõem mœchatur. Quod & apostolus interpretatur, cũ ait. Iis qui matrimonio iuncti sunt, præcipio non ego, sed dominus, uxorem à uiro non discedere, quod si discesserit, manere innuptam, aut uiro suo reconciliari. Quod uero hic Christus ob fornicationem dimitti uxorem posse insinuat, hæc separatio thori & mensæ consuetudinem inter coniuges scindit, uinculum coniugij non soluit. Causa autem matrimonij regulariter est mutuus consensus per uerba de præsenti expressus. Et quanquam prolis procreandæ causa matrimonium potissimũ contrahi debet, tamen qui contrahit etiam uitandæ fornicationis causa, non peccat. Habeat enim unusquisq; uxorem suam, propter fornicationem, inquit Paulus. Vis igitur huius sacramenti est ut intelligant coniuges se non humana, sed diuina authoritate cõiunctos gratiam accepisse, qua ipsis legitimus congressus non imputetur ad culpam. Sunt autem tria bona matrimonij. Vnum, proles suscipienda et educanda ad cultum dei. Secundum fides quã unus coniugum alteri seruare debet. Tertium inui-

1. Cor. 7. solutio obiectionis. Cõci. Flo.

Causa matrimonij.

FINis matrimonij.

1. Cor. 7.

BOna matrimonij Augu. sup Gene.

um indiuisibilitas matrimonij, ꝑpter hoc quód significat indiuisibilem coniunctionem Christi & ecclesiæ. In quem sensum dixit Paulus loquens de coniunctione uiri & uxoris. Sacramentum hoc magnum est (inquit) ego autem dico in Christo & ecclesia: hoc est, sub hac matrimonij institutione, mysticè Christi et ecclesiæ latet unanimis, & indissolubilis cōiunctio. Sicut enim patrem & matrem relinquit homo, ut uxori adhæreat: sic quodammodo patrem homo factus dereliquit Christus, sicut ipse ait. Exiui à patre & ueni in mundum. Ob hæc igitur bona matrimonium est honorabile. Quæ ignorantes Manichei, Tatiani & Encratitæ, matrimonium reprehendere non dubitarunt, quam eorum temeritatem damnat Paulus ad Timotheum scribens. Et in epistola ad Hebræos, ait matrimonium honorabile esse & thorum immaculatum. Neq; solum honorabile est, sed etiam sacramentum, ob gratiam Christi quæ ei nunquam deest, ut cū uir uxorē suā diligere possit perinde quasi Christus ecclesiam. Materia seu elementum matrimonij, est ille exterior actus quo coniuges in nomine domini copulantur, ac inter copulandum profitentur, se posthac, duos in una

Ephes. 5.

Ioan. 16.

Damnātes matrimoniū.

1 Timo. 4

Hebræ. 13.

Materia seu elementū matrimonij.

carne

carne futuros, sibiq; mutuo coniugalem fidem perpetuo seruaturos, cui cum sexuum commixtio accesserit, tum demum perfectum huius sacramenti elementum efficitur. Forma autē matrimonij est, uerbum quo ambo mas & fœmina in dei nomine copulantur, ratione pietatis quæ in deum est sibi fidem coniugalē dantes & accipientes. Est autem tale uerbum Christi uerbis innixum quum inquit. Quos deus coniunxit homo non separet.

Forma matrimonij.

Matth. 19

DE EXTREMA VNCTIONE.

Extrema unctio dicitur non quód omnino extrema sit. nam et reiteratur, sicubi morbus depulsus subinde redierit. Per ecclesiam autem potissimum hac ratione ministratur, non ut ægrotus eo percepto, statim uita defungatur, sed potius ut nedum mente sed & corpore (si ita deo uisum fuerit) conualescat, quod præcationes in administrando hoc sacramento adhiberi solitæ declarant. Hoc sacramentū nisi infirmo, de cuius morte timetur, dari non debet. Qui ungendus est in oculis propter uisum, in auribus propter auditū, in na-

Finis unctiōis.

Cōci. Flo.

Loca in quibus ungendus ęgrotus.

in naribus propter odoratũ, in ore propter gustũ uel locutionẽ, in manibus ꝑpter tactũ, in pedibus propter gressũ, in renibus propter delectationẽ ibi uigentẽ. Hanc unctionẽ primi exercuerũt Apostoli, qui mandato Domini ad prædicandum Euangelium missi dæmonia eijciebant & oleo ungebant multos infirmos & sanabantur. Quæ utiq; sacramentalis & mystica, non medicinalis aut corporalis unctio fuit: ad quam, inter initia fidei, externa etiam corporis sanitas, quasi internæ quoddã sanationis signum consequebatur. De hoc sacramẽto & illud est Iacobi Apost. Infirmatur quis in uobis? inducat presbyteros Ecclesiæ ut orẽt super eum ungentes eum oleo in nomine domini, & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus. Materia extremæ unctionis est oleum oliuæ per Episcopum benedictum. Solet autem esse triplex oleum in Ecclesia ab Episcopis in die cœnæ domini consecratum: Oleum infirmorum, oleum Catechumenorum, & Chrisma ex oleo oliuæ & balsamo compositũ, de quo antea dictum est, ubi de confirmatione egimus. Forma huius Sacramenti est per istam sanctam unctionem, & suam ipsius misericordiã indulgeat tibi Dominus

Vnctionẽ extremam qui primũ excercuere.

Mat. 6.

Iaco. 5.

Materia extremæ unctionis.

oleum in ecclesia triplex.

forma extremæ unctionis.

nus quicquid per uisum & cætera. Et similiter in alijs membris. Atq; hactenus de sacramentis dictum sit, nũc fides, spes, charitas, describendæ sunt, quibus primum locum post iustificationem in scopo biblico dedimus.

FIDES, SPES, CHARITAS.

Religionis christianæ uirtutes præcipuæ, sunt tres, fides, spes, charitas, quæ theologicæ nominantur, hoc est, diuinæ, quòd religione christiana sint potissimum sequendæ. Quibus & scientiam omnem, & prophetiam militare, omnemq; intellectum scripturarũ ad illas referri debere, uiri religionis christianæ grauissimi aiunt.

Virtutes catholicæ tres.

aug. l. 1. c. 37. d' doctr. christ. l. 1. solilo.

Fidem inprimis requiri in Christianismo scriptura sacra indicat. Impossibile est sine fide placere Deo, ait Paulus. Qui etiam fidem appellat substantiam, hoc est, fundamentũ rerum sperandarum quòd scilicet sine fide non queat in altum strui, immo neq; consistere spiritalis uirtutum ac gratiarum fabrica. Nam nisi crediderimus, nõ tantum de retributione, sed de eo ipso quòd Deus sit, labuntur nobis omnia

Fides in primis requritur ĩ christianismo.

Heb. 11.

Fides quare Paulo dicatur substantia.

omnia. Quod si nauem nemo ingreditur, nisi prius se credat seruari posse. Si agricola nõ committit sulcis semina, nisi credat terram multo plura relaturam quàm acceperit. Et ne de singulis agatur, si nihil est quod in uita geri poßit, nisi credulitas aliqua præceßerit, quomodo non multo magis fides in ædificio spirituali uirtutum ac gratiarum inprimis ceu fundamentum iacienda est? id quod Paulus testatur. Accedentẽ ad Deum oportet credere quia est, & inquirentibus se remunerator sit.

Hebr. 11.

Spes reqritur ĩ christianismo.

Spes anchora.

Spem neceßariam esse christiano, inter cætera testimonia sacræ scripturæ, diuus Paulus abundè testatur, cum spem appellat animæ nostræ anchoram tutam ac firmam, & incedentem usq; ad interiora uelaminis, hoc est, tabernaculũ æternæ beatitudinis, ubi præcursor pro nobis introijt Iesus. Quemadmodum enim anchora fluctuante mari firmat naues ne euertantur, aut in saxa impellantur, & confringantur: ita spes in his mundi tempestatibus, de promißis diuinis nos confirmat, ut quæ nobis non in rebus fluxis, sed in cœlo fixa est, ubi nullæ rerum uices, sed æterna stabiliaq; omnia. Charitatem autem fidei & spei adiungi debere, inde liquet, quòd fides sine chari-

Hebr.

Charitas in christianis-

te charitate poterit quidem esse, sed non prodesse. Fides enim in Christo ualet, ait Paulus, quæ per dilectionem operatur: & ut idem ait. Si linguis hominum loquar, & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum uelut æs resonans, & cymbalum tinniens: & si habuero prophetiã, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam, & si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam: charitatem autem non habuero, nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperũ omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autẽ non habuero, nihil mihi prodest. Charitas patiens est, benigna est, charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, non irritatur, non agit malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autẽ ueritati, omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet, et paulo post. Nunc autẽ manet fides, spes, charitas: tria hæc, maior autẽ horũ est charitas. Hæc est christiani hominis quasi peculiare quoddam insigne, docente Christo. In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si charitatẽ habueritis: inter uos mutuã. Qui manet in charitate (ait apostolus Ioannes

mo necessaria.

Gala. 5.

1. Cor. 13

Ioã. 13.

Charitas insigne christianorum.

1. Ioan. 4

nes) in Deo manet & Deus in eo. Charitate

Roma. 13

qui prǽditus est legem implet, ut Paulus ad Romanos docet.

Colos. 3.

Idemq; alibi eandem uinculum perfectionis uocat.

Cur fides spes charitas inprimis in christianismo requirantur.

Cur autem prǽdictǽ tres uirtutes ad religionem christianam inprimis requirantur, inde inter cǽtera colligere poteris. Cum Deus is sit, ut quid substantiǽ sit, neutiquam intelligi possit. tum iudicia exuberantissimǽ sapientiǽ diuinǽ talia sint, ut nullis mentibus humanis percipiantur, consilia sic instituta, ut eorū rationes nullus creatus intellectus peruestiget.

1.Cor. 12.

De quibus quidem cum Paulus apostolus cui tertij cœli mysteria uidere contigerat, dissereret, stupore contemplanti oborto exclamauit,

Roma. 11

O altitudo sapientiǽ & scientiǽ dei, quàm inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiǽ eius, quis enim cognouit sensum domini?

1. Cor. 1.

Cum (inquam) hǽc talia sint, quǽdam etiam si sapientiam mundanam spectes, scandalo: necessaria erit hic fides qua credat unusquisq; uera esse ad quǽ uocatur: & spes qua speret se illa consequi: & charitas qua illa omnia diligat.

Intellectus et uoluntas prǽcipuǽ uires protoplasto inditǽ quomodo corruptǽ sint.

Eccle. 17.

Cum enim intellectus & uoluntas prǽcipuǽ uires animǽ protoplasti, illi in hoc diuinitus inditǽ, ut Deum conditorem omnium cognoscat,

cognosceret, agnitū quoad fieri posset, complecteretur, per peccatum uitiatǽ fuere in illo,

Rōa. 5.

& in nobis ceu stirpe. Intellectus quidem quo iudicaret quid eligendum, errore. Voluntas uero qua expeteret quod ratio dictaret, carnali concupiscentia.

Roma. 7.

Igitur his remedijs opus est, fide (sine qua spes esse non potest) quǽ

Actuū 15.

purificaret cor, hoc est, mentem, & rationem ceu fontem animi: & charitate, quǽ submoueret

1.Tim. 1.

prauas cupiditates, ut ad ea tantum feramur, quǽ prǽscripsit Deus. Libuit hic adscribere uerba Augustini, quibus docet fidē, spem, charitatem in religiōe requiri.

li.21.sent. i ench. ad Lau.

Fides (inquit) sine spe & charitate est, si dicas: Credo uera esse ad quǽ me uocas, sed ego ea capere non possum, nec uolo. Fides sine spe cum charitate est, si dicas: Credo uera ad quǽ me uocas, & uolo ea consequi, sed non possum. Fides cum spe sine charitate est, si dicas: Credo uera esse ad quǽ me uocas & ea possim consequi si uelim, sed nolo. Charitas sine spe & fide est, si quis dicat: uehementer se uelle sine illecebris corporis uiuere in ǽternum, sed neq; credere esse uitam ǽternam, nec, si sit, posse eam consequi. Cum fide sine spe charitas est, si & desyderare se uitam ǽternam, & credere esse quis

X dicat,

dicat, sed posse assequi neget. Spes autẽ sine fide quomodo esse possit non inuenio. Nemo enim sperat se posse assequi, quod esse non credit. Oportet ergo inesse animo omnia tria fidem, spem, charitatem, ut & credat uera esse ad quæ uocatur, & speret se posse assequi, & omnino ea diligat: hæc ille. De his igitur singlatim agendũ est breuiter, et primo de fide.

Aug. epist. 19. Fidei nomen à fio deflexum, ut scilicet fides appelletur quia fiat quod dictum est. Fides est duplex, diuina & humana, hæc est qua hominibus creditur, describiturq; esse dictorũ conuentorumq; constantia & ueritas, hæc ad præsens negocium non pertinet. Diuina uero est, quæ Deum pro obiecto habet. Diuiditur autẽ bifariam. in uiuam & mortuam. posterior est quæ credit uera esse quæ diuinitus reuelata sunt, uerum charitatis expers est, hæc etiam historica dicitur, Quæ quidem & si necessaria sit ad salutem, tamen multis etiam malis accidit, quin & dæmonibus, qui ut Iacobus ait credunt & cõtremiscunt. Atq; ita constat eam non esse effectricem salutis quemadmodũ priorem quæ est firma assensio his quæ diuinitus reuelata sunt & promissa, atq; illud inprimis, iustificari à Deo impium per gratiam eius per

Margin: Fides duplex. — epl̃a 154. — Fides diuina duplex. — Iaco. 2. — Iac. 2. — Fides uiua.

redempti-

redemptionem quæ est in Christo Iesu, hisq; credens firmiter per dilectionẽ operatur: eam aliqui iustificatoriam & formatam nominant. Fidem Paulus definit esse substantiam rerum sperandarum, argumentum non apparẽtium. Quæ quidem definitio, (sic enim eam uocat Augustinus) ut exactius percipiatur, explanãda nobis est, præsertim cum res sit maximi momenti. Fidem esse substantiam Paulus dicit, hoc est fundamentum, & quod Græcé significantius dicitur hypostasin, quòd scilicet sine fide non queat in altum strui, immo neq; consistere spiritalis uirtutum & gratiarum fabrica. Est enim omnium bonorũ, ut Augustinus ait, fundamentum. quod paulo ante euidenter ostensum est. Quoniam autẽ in fide requiritur firma noticia seu assensus, neq; enim fides existimanda est uulgaris aliqua credulitas. Proinde in definitione additur à Paulo elenchus, id est, argumentum, quod est ratio faciens fidem rei dubiæ: ut scilicet quemadmodum illa indubitata habentur, quæ argumentis comprobantur, ita certissima illa existimãda sunt quæ apprehenduntur fide, quæ quidẽ in diuinis uicem argumentorum obit, cum in diuinis talia sunt ut nullis argumentis illis fides fieri possit.

Margin: Hebr. 11. — Definitio fidei Paulina. — tract. 79. sup ioãn. — de fide ad Pet. Diac. — fides in diuinis uicẽ argumẽtorum obit.

Quo enim argumento astruere poteris, Deum unum esse in essentia, trinum in personis? mundum à Deo ex nihilo creatum: homines eadē corpora resumpturos & resurecturos? & alia per multa? Et ueluti in humanis rebus argumenta sequitur cognitio, ita in diui-
Isaiæ 7. nis fidem, docente Isaia: nisi credideritis (in-
obiectum quit) non intelligetis. Porro uocabulis duo-
fidei. bus, sperandarum & non apparentium, in definitione fidei positis ostenditur obiectum fidei, id est, res circa quas uersatur fides. Quæ quidem res nec sensibus nec rationibus humanis deprehenduntur, sed eas firma spes ita repræsentat animo, quasi corám cernerentur, quasi manibus tenerētur, quæq; per se uideri nequeunt, eas persuadet esse certissimas, non argumentis humanis, sed certa fiducia erga Deum authorem, talem fidem in pijs præcellentia mirandaq; facta consequuta sunt, & consequūtur. Quorum animo penitus infixum immotumq; sedit: nihil tam uerum esse, nihil tam certum atq; indubitatum eorum quæ auribus hauriuntur, manibus tenentur, quæ oculis conspiciuntur, quàm quæ fide apprehenduntur. Et quoniam breue iter est per exempla & efficax: eius rei aliqua exempla subijciantur.

Argumenta humana si consyderaueris, non Exempla fidei.
merebitur fidem, ut ex his quæ non sunt, fiant Hebr. 11.
quæ sunt. Pij tamen, quod nec conspici potuit, nec ratiotinatione mentis humanæ colligi, perinde credunt ac si uiderent mundum conditū uerbo Dei, soloq; iußu conditoris. Non ap- Gen. 6. 7.
parebant argumenta Nóé quibus colligeret Nóé.
futurum, uniuersum animantium genus diluuio deletum iri. Neq; enim credibile fuerat, ratione humana ita dictante, tantam inundationē futuram: homines erant mira securitate, con- Lucæ 17.
uiuantes, matrimonium celebrantes, oraculum quo ipse monitus fuerat irridentes. Ille tamē minime indubitatum habens, euenturum quod Deus prædixerat, iußa diuina capeßiuit, arcā apparauit, & simul seruauit ea quæ Deus in eam tollenda mandarat, & reliquos homines condemnauit adeò diffidentes sermoni diuino, ut adornantem fabricam in futurum diluuium irriderent. Abraham nō circumspiciebat mo- Abraham
re diffidentium argumenta, quibus, quod De- Gen. 15.
us futurum prædixerat, fieri posse doceri potuisset, sed præter spem sub spe credidit Deo Rom. 4.
dicenti, illum patrem futurum multarum gentium, ac posteritatis authorem tam munerosæ, ut stellarum multitudinem æquare poßit. Neq;

respexit corporis uires iam effœtas, & ad generandum inualidas, ut qui iam accederet ad annum centesimum. Nec consyderauit ætatem uxoris, cui & ipsi iam emarcuerant muliebria membra, ut etiam si ipse nondum gignendi uiribus destitutus fuisset, tamen illa ferendo utero non esset habilis. nihil (inquam) horum uenit in mentem, nihil hæsitauit: sed toto pectore adhæsit promißis Dei, adeò ut cum Deus explorans quàm ex animo sibi fideret, iußisset ut imolaret filium suum Isaac, cum is, filius inquam, & unicus esset, & cuius nomine promissa fuit posteritas, siquidem hic erat sermo promittentis: in Isaac uocabitur tibi semẽ, nihil tamen contatus aggressus est facere quod iussus est, nihil interim secum reputans. Vnde mihi posteritas si occido hunc in quo uno spes est posteritatis? sed illud in animo perpendebat, deum qui promiserat, mentiri non posse, & si libeat uel à mortuis excitare posse extinctum filium generis propagatorem. Moyses ubi eduxisset ex Aegypto populum, montibus mariq; septus, uidens armatum tyrannum imminere ceruicibus gentis suæ, non aliter animo infracto fisus est inuisibilibus præsidijs Dei, ac si eum coràm oculis suis inspexisset. Neq; spe

Gen. 18.
Gene. 22.
Moyses.
Exodi 14

excidit.

excidit. aquæ enim maris diuulsæ, instar montium curuatæ, repressæq; ita stetere, ut populus sicco pede pertransiret, quem Pharao cõsequi uolens, mare ingressus, aquis obrutus est. Et ne de singulis agatur, quis enim hos fando enumerare ualeat? fidei illorum tribuendũ qui Deo quem corporeis oculis non cernebant, seipsos ita addixerant, deuouerant, & consecrarant, ut nec morte diuelli potuere, cæsi gladiis occubuerunt, lapidati sunt, dissecti sunt horrendo supplicio, corporis membris in diuersa distractis. Quibus uero tales cruciatus, non contigerunt, ritu ferarum oberrabant per solitudinem, utcumq; tecti pellibus caprinis aut ouillis, laborantes inopia rerum necessariarũ, undiq; persecutorum inuidia preßi, pro tectis, speluncis utẽtes ac terræ cauernis, firma enim fides, alta mente illis reposita fuerat, se præmium à Deo cum fœnore post hanc uitam recepturos, multo satius esse iudicãtes breuis huius uitæ iactura depacisci immortalitatẽ, quàm ob lucellum exigui temporis perdere uitam æternam. Alij uero qui cogitatus suos iactarunt in domino, omni sollicitudine in eum proiecta, fidentibus ardentißimisq; uotis à Deo impetrarunt, ut eos innocuos seruaret. Leo-

Hebr. 11.

 nes enim

Dani. 14. nes enim, quod iuxta cursum naturæ fieri non poterat, inuictæ in alios feuitiæ, aut uicerunt, aut senserunt innocuos, uelut occluso ore aut alligatis unguibus ut lædere non possent. In incendio, in quod medium iniecti fuere, sic illæsi

Dani. 3. permanserunt quasi corporibus suis natiuam uim ignis extinguerent. E medijs ensibus in se districtis incolumes effugerũt protectore Deo. Quin & illud meruit etiam fiducia nonnullorum ut cum eos alimenta, quibus corporis languentis uires reficerẽt, defecissent: cibo à coruis Deo ita procurante afferri solito, & alijs miris rationibus parato alerentur. Effecit fiducia firma aliorum, ut mortuos ad uitam reuocari conspicerent. Et ut cum Augustino finiam, fides peccatores homines saluat, cæcos illuminat, infirmos curat, catechumenos baptisat, fideles iustificat, pœnitentes reparat, iustos augmentat, martyres coronat, uirgines & uiduas & coniugales casto pudore conseruat, regnis cœlestibus præparat, in æterna hæreditate cum Angelis sanctis communicat. Atq; hactenus de explanatione definitionis fidei, à Paulo Apostolo datæ.

(Elias. 3. Reg. 17. 4. Reg. 7. Act. 9. 20. ſmone 1. de uerbis apostoli.)

Ex prædictis facile colligi potest, aliud esse illa quæ creduntur, aliud fidem, qua creduntur. Illa

(Aliud est fides aliud ea quæ creduntur.)

tur. Illa quippe in rebus sunt, quæ uel esse, uel fuisse uel futura esse dicuntur: hæc autẽ in animo credentis est, ei tantũ conspicua cuius est: quamuis sit & in alijs non ipsa, sed similis.

(Aug. l. 13. de tri.)

Obseruanda hoc loco differentia, quæ ponitur inter credere deo, credere Deum, & credere in Deum. Nam illud primum significare dicitur, credere uera esse quæ loquitur Deus. Secundum uero, credere quia ipse est Deus. Tertiũ uero credendo diligere illum. Illa priora duo etsi necessaria saluti sunt, tamen multis etiam malis accidunt, & dæmonibus. præsertim hoc secundum, quoniam credunt, & sciunt illum esse deum. Tertium autẽ soli nouerunt qui diligunt Deum, qui non solum nomine Christiani sunt sed & factis & uita, quia sine dilectione fides inanis est. Materia seu obiectum circa quod uersatur fides est Deus, operaq; eius. Porro de Deo quæ credenda sunt, dictum est ubi de Deo egimus. Operũ autem dei præcipuorum à nobis credendorum unum est, deum ex nihilo uerbo suo cuncta uisibilia, & inuisibilia creasse, eaq; conseruare, gubernare, ut ante ostẽsum est. De eo est prima pars Symboli Apostolici. Credo in Deum patrem omnipotentẽ, creatorẽ cœli & terræ. Alterũ

(Aug. ſmo. 181. de tẽpore) (Differẽtia inter credere deo, deũ, in deum.) (Materia fidei.) (Opa p̃cipua dei à nob; credẽda d' q̃bus in descriptione dei egimꝰ.) (Prima ps symbo-)

li cuiꝰ explãatio ex præcedẽtibus petẽda est.

Alterum est ecclesiam à Deo patre per filium redemptam à peccato, potestate diaboli, & damnatione æterna, eandemq; factam heredem uitæ æternæ. De eo est altera pars Symboli. Et in Iesum Christum filium eius unicum dominum nostrum, qui conceptus est de spiritu sancto, natus ex Maria Virgine, passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus, descendit ad inferos, tertia die resurexit à mortuis, ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram dei patris omnipotentis, inde uenturus est iudicare uiuos & mortuos. Tertiũ opus dei est, per spiritum sanctum ecclesiam sanctificari & uiuificari & gubernari, de quo est tertia pars Symboli. Credo in spiritum sanctum, sanctam ecclesiam catholicam, sanctorũ communionem, remißionem peccatorum, carnis resurectionem, & uitam æternam amen.

Eius ptis symboli d'claratio ex antedictis petatur.

Tertiũ opus dei, i terti a pte symboli ex pressum.

Cæterum Symbolum apostolicum, cuius nũc mentio facta est, dicitur quod ab apostolis spiritu sancto cœlitus accepto in uarias regiones ad prædicandum Euangelium ituris, compositum sit συμβάλλω Græcis est compono, inde Symbolum nomen deductum est. Quod quidem Symbolum licet uerbis breue sit, sacramẽtis tamen magnum est. Nam omnia mysteria diuina

Symbolũ apostolicum. Aug. ßm. 181. de tẽ.

Symbolũ apostolorũ sacramentis magnum.

diuina summatim continet. Locus hic requirit ut pauca de ecclesia & communione sanctorum dicam, nam cætera quæ in Symbolo apostolico continentur suis locis tractantur à nobis. Ecclesia dictio Græca est à uerbo Græco ἐκκαλέω deducta quod est euoco. Nam cœtus fidelium nomine ecclesiæ significatus, euocatus est per uerbum Dei ad Deum uerum. Fides enim, ait Paulus, ex auditu est, auditus per uerbum dei. Est autẽ Ecclesia congregatio fidelium profitentiũ unum Deum, unum Euangelium, unam fidem, unam spem in uinculo charitatis, eiusdem spiritus, & eorundẽ sacramentorum participationem habentium. Ad eam definitionem ecclesiæ comprobandã, inter cætera illud Pauli pertinet. Supportantes (inquit) inuicem in charitate, soliciti seruare unitatẽ spiritus in uinculo pacis, unum corpus, & unus spiritus, sicut uocati estis in una spe uocatiõis uestræ, unus dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus & pater omnium qui super omnes, & per omnia, & in omnibus uobis. Et illud. Vnus panis, & unũ corpus multi sumus, omnes quidem de uno pane ut uno calice participamus. Ecclesia Dei est duplex: triumphans, & militans. Triumphans,

Eccle- siæ nomen unde ductum.

Rom. 11.

Quid est ecclia.

Ephesi. 4.

1. Cor. 10

Ecclesia dei duplex.

phans, est beatorum spirituum in cœlis cum Deo regnantium. Militans, est cœtus fidelium militantium contra carnem, diabolum, mundum. Hanc Christus comparauit decem uirginibus, quinq; fatuis, & quinq; prudentibus. Sagenæ item missæ in mare, ex omni genere piscium congreganti. Præterea tritico seminato in agro & zizaniæ: innuens in ecclesia militante usq; ad finem sæculi bonos cũ malis futuros. Proinde ecclesia hæc bifariam consyderatur: primo strictius quatenus eos dicimus esse in ecclesia qui ita sunt in domo dei, ut ipsi sint domus Dei, seu uiua membra corporis mystici, qua Paulus appellat populum emũdatum ab omni iniquitate, acceptabilem Deo, sectatorem bonorum operum. Ecclesia eatenus accepta soli Deo nota est testante Paulo. Nouit deus qui sunt eius. Ad eum modum nõ oportet accipere ecclesiã, ubi uel Christus audiendam ecclesiam præcipit, uel patres post apostolos de authoritate ecclesiæ disserunt. Hanc enim, quæ audienda est, nobis uisibilem esse oportere et cognoscibilem, nemo non uidet. Secundo ecclesia consyderatur, ut complectitur omnes qui habent communionẽ professionis fidei, doctrinæ & sacramẽtorum secundum

Eccle- sia militãs cui cõparatur à christo.

Matth. 25.

Matth. 13.

Eccle- sia militãs bifariã cõsyderatur

Titum 2.

2. Tim. 2.

cundum apostolicam & catholicam traditionem. Atq; ita mali per quandam colligationem professionis ac exterioris participationis sacramentorum sunt in ecclesia dei, non aliter ac palea in tritico, uel sicut quædam membra arida aut putrida uel languida adhærent corpori humano. Hi formam quidem pietatis habent, uirtutem tamen eius abnegant ut Paulus ait. Ab ecclesia ad eum modum accepta excluduntur excommunicati, hæretici, schismatici, & gentes ignorantes uerum Deum. Excommunicati quidem, quod publico iudicio ecclesiæ, ab exteriori ecclesiæ consortio, donec resipiscant: separati sunt, quemadmodum Paulus fornicarium excommunicat ad Corinthios scribens. Ego (inquit) absens corpore, præsens autem spiritu, iam iudicaui ut præsens, eũ qui sic operatus est, in nomine domini nostri Iesu Christi congregatis uobis & meo spiritu, cum uirtute dñi nostri Iesu tradere huiusmodi hominẽ sathanæ in interitũ carnis, ut spiritus saluus sit in die domini. Non autem quisquis in mortali peccato est (ut quidam sentiunt) is statim excommunicatus est, donec ab ecclesia sit talis nominatus. Nam Paulus fornicatores & auaros Christianos intus in ecclesia dicit esse.

mali quomõ in ecclesia.

2. Tim. 3.

Qui alieni sunt in ecclesia.

Excõmunicati.

1. Cor. 5.

Nõ omnis qui ĩ mortali peccato est, excõmunicatus est.

1. Cor. 5. eſſe. Quid enim (ait) mihi de ijs qui foris ſunt iudicare? nonne de ijs qui intus ſunt uos iudicatis? nam eos qui foris ſunt Deus iudicabit. In quibus uerbis Paulus, per eos qui foris ſunt, intelligit gentes: per eos uero qui intus ſunt, Chriſtianos. Porro hæretici & ſchiſmatici extra eccleſiam ſunt quòd ſua ſponte eccleſiam deſeruerint, eam contemnentes. De quibus Iohannes.
1. Ioan. 2. Ex nobis prodierunt, ſed non erant ex nobis, nam ſi fuiſſent ex nobis, permãſiſſent utiq; nobiſcum.
Ioãnis 2. Et alibi idem docet: eum qui Chriſti doctrinam non affert, non recipiendum in domum, nec aue illi dicendum.

Differẽtia inter hæreticos & malos catholicos

Inter hæreticos autem & malos catholicos hoc intereſt, quòd hæretici falſa credunt: illi autem uera credentes non uiuunt ita uti credunt. αἱρετίζω Græcis eſt eligo, inde hæreticus qui præter ueritatem aliquid opinatũ habet.
Aug. c. 11. lib. quæſt. ex Matth. Schiſmaticos autem non fides diuerſa facit, ſed communionis diruta ſocietas. Vtrum autem inter zizania numerandi ſunt (ait Auguſtinus) dubitari poteſt. Sed ait illos magis uideri ſpicis corruptis ſimiliores. Gentiles uero ab eccleſia alieni ſunt quòd illam non agnoſcant, neq; ſecundum ullam, ne exteriorẽ quidem & uiſibilem formam religionis & ſacramentorũ

cramentorum eccleſiæ aſſcripti ſunt. Symbolum concilij Conſtantinopolitani cõtra Macedonium congregati, Item apoſtolorum, eccleſiam ait eſſe unam, ſanctam, catholicam, & apoſtolicam.

Eccleſia dei una, ſancta catholica & apoſtolica quæ ſingulatim declarantur.

Vna quidem eſt, quòd Deus ſit unus cui eccleſia deſponſatur per fidem.
Eph. 4. Hinc illud Pauli. Vnum corpus, unus ſpiritus unus dominus, una fides &c. Et quamuis multi ſunt cœtus hominum qui religionem ſuam & fidem in qua perſtant, laudibus efferũt, ſibiq; ſalutem & fœlicitatem ſinguli in ſua religione certò pollicentur: tamen nos diuinitus edocti credimus eſſe unum cœtum, ſeu unam eccleſiam, unamq; fidem, à qua qui alienus eſt, abſq; dubio in æternum peribit.

Sãcta eccleſia.

Sancta eccleſia eſt, hoc eſt, munda ac pura. iuxta illud Pauli, de Chriſto loquentis,
Tit. 2. Dedit (inquit) ſemetipſum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populum acceptabilem, ſectatorem bonorum operum. Et illud.
1. Theſſ. 4 Hæc eſt uoluntas dei ſanctificatio ueſtra. Quanquam & ſancta eccleſia dici poterit. quia ſit deo cõſecrata, ſicut ſanctum domino dicitur, quod eſt illi ſacrum.

Catholica.

Augu. ſup pſal. 90.

Catholica uero, hoc eſt uniuerſalis, eccleſia dicitur: quæ quidem uniuerſalis referenda eſt ad tem-

ad tempora, & loca: tempora quidē quia ex omnibus ætatibus mundi ecclesia congregatur: quarum prima est ab Adam usq; ad diluuium, annos continens iuxta Hebræos, mille sexcentos quinquagnta sex. Secunda à diluuio usq; ad Abraham, annos complectens ducentos nonagnta duos. Tertia ab Abraham ad Dauid, 940. Quarta à Dauide ad captiuitatē Babylonicam, habetq; secundum aliquos hystoricos 485. Quinta ad Christum natum, 589 annos continet. Sexta ad consumationē sæculi. Quicumq; ergo ab Adam usq; ad consumationem sæculi fuerūt de fide in unum deum & Christum eius, ad unam ecclesiam pertinent. Porro sancti ab orbe condito nouerant Christum uenturū & regnum diaboli destructurum, ut ante à nobis ostensum est. Qđ uero attinet locorum uniuersitatem, manifestum est ecclesiam per omnia loca diffusam ex illo Psalmographi. Postula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Et ex illo. Et eritis mihi testes in Hierusalem & in omni Iudæa et Samaria, & usq; ad ultimum terræ. Apostolica autē ecclesia in Symbolo dicitur, quòd spiritus sanctus remittens peccata non alibi residet,

ætates mundi

Aug. quæst. sup Iudicum.

Psal. 2.

Actuū. 1.

Apostolica ecclesia.

residet, quàm apud ecclesiam apostolicam ab apostolis per successiones continuatas procedentem, quibus apostolis dictum est. Accipite spiritum sanctum quorum remiseritis peccata remittuntur eis. Signorum ecclesiæ ueræ unum est, doctrina sana uerbi diuini, iuxta illud Christi apud Ioannem, Oues meæ uocē meam audiunt. Iudicium autem doctrinæ sanæ et interpretandi uerbi diuini esse penes ecclesiam catholicam ante ostensum est. Alterum signum ecclesiæ ueræ est, rectus sacramētorum usus, de quibus ante egimus. Prædictis duobus signis, ecclesia Christianorum disiungitur à cœtibus ethnicorum & Iudæorum, quorum utriq; & sana doctrina, & sacramētis noui testamenti carent. Tertium signum est unitas, quæ uinculo charitatis & pacis cōtinetur ac membra ecclesiæ conglutinat, ut nō solum quod perpetuus sanctorum cōsensus ab apostolis usq; ad nos recepit & approbauit, idem sentiant, sed etiam idem loquantur, monente apostolo, Obsecro uos per nomen domini nostri Iesu Christi, ut idipsum dicatis omnes, & non sint in uobis schismata. Sitis aūt perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia. Charitatem Christus suorum discipulorum

Ioan. 20.

Signa ecclīæ ueræ

Primum.

Ioan. 10. ubi de lege scriptū ē.

Secūdum.

Tertium.

1. Cor. 1.

Charitas signū christianorum.

Ioan. 13. rum signum esse dixit. In hoc cognoscent o-
mnes quia discipuli mei estis, si charitatem ha-
Quartū. bueritis inter uos. Quartum signum ecclesiæ
ueræ est, quòd sit catholica, hoc est, uniuersa-
lis, id est, per omnia loca & tempora diffusa,
Ire. l. 4. cō- & per apostolos eorumq; successores conti-
tra hæret. nuata usq; ad nos. de qua re paulo antè egi-
mus. Hæc posteriora duo signa distinguunt ec-
clesiam christianam à schismaticorum & hæ-
reticorum gregibus, qui uinculum pacis rum-
punt, & à catholica unione seipsos in perni-
ciem suam diuellunt, dum partē suam toti atq;
uniuersæ ecclesiæ anteferunt, quales inter cæ-
Donati- teros fuere Donatistæ, qui ecclesiam Chri-
stæ. sti de toto terrarum orbe, ubi futura promis-
sa est, perijsse affirmarunt, et in Africa Dona-
ti parte remansisse. Atq; hactenus de ecclesia
diximus. Nunc sanctorum communionem
persequamur quam nos credere asserimus.
Sācto- Sanctorum communione notatur societas san-
rū cōmu- ctorum non solùm in terris, sed etiam in cœlis
nio quid? spiritu sancto conglutinata, in qua quidem so-
cietate talis quædam est communio omnium
bonorum inter omnes pios, qualis est mem-
brorum inter se societas. Profitemur igitur
hoc articulo sanctos & iustos in charitate &

gratia existentes, bonorum quæ facta sunt, &
fiunt in tota ecclesia esse participes, hoc est,
quòd communicant Christo in sua paßione et
sacramentis, atq; etiam inter se inuicem in o-
rationibus mutuis, & alijs bonis operibus.
Hinc est quòd Christus nos orare docens, iu- Matth. 6.
bet non sibi quenq; peculiariter orare ali-
quid, sed uelut unius corporis membra eadem
animata spiritu, quod in commune omnibus
expediat, postulare. Alter enim alterius one-
ra (iuxta præceptum Pauli) portantes adim- Galat. 6.
plemus legem Christi: Huc pertinet illud
Pauli. Veritatem facientes, in charitate cre-
scamus in illo per omnia, qui est caput Chri-
stus, ex quo totum corpus compactum & con-
nexum per omnem iuncturam subministrati-
onis, secundum operationem in mensuram u-
niuscuiusq; membri augmentum corporis fa-
cit in ædificationem sui in charitate. Item ad
Romanos duodecimo. Sicut in uno corpore
multa membra habemus, omnia autem mem-
bra non eundem actum habent, ita multi u-
num corpus sumus in Christo, singuli autem al
ter alterius membra. Et prima ad Corinthios
duodecimo his non dißimilia scribit. Hæc
de ecclesia & sanctorum communione, quæ,

inter alia, à nobis suis locis exposita, ad obiectum fidei pertinent, dicta sufficiant. Nunc de efficientibus causis fidei dicendum est.

Causæ efficientes fidei.

Fides non est à nobis in nobis. cui errori aliquando obnoxium fatetur se fuisse Augustinus. Verum primaria causa efficiens fidei est Deus qui præsciuit & prædestinauit suos conformes fieri imaginis filij sui ut Paulus ait. Quiq; excitat & adiuuat homines gratia sua ad credendum, cum fides unica sit ianua ad Deum. Neq; enim sumus, docente Paulo, sufficientes cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est, à quo ut Paulus testatur, donatum est nobis pro Christo non solum ut in eum credamus sed ut etiam patiamur. Altera causa fidei efficiens, quæ obsequens dicitur, est uoluntas liberi arbitrij, quæ est in homine à Deo ut uolet præuenta. Deus enim, ut Apostolus scribit, uult omnes saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis peruenire: atq; ob id operatur in nobis nõ solum perficere, sed & uelle, uocando scilicet & admonendo siue intrinsecus, siue extrinsecus per sermonem sonantem, castigationem, & cætera id genus. Ac proinde de seipso ait, Ecce sto ad ostium & pulso si quis audierit

li. 1. d'præ des. sctõrũ

Prima ria. Rõa. 8.

1. Cor. 3.

Philip. 1.

Ephe. 2.

Altera causa efficiens.

1. Tim. 2.

Apoc. 3.

erit uocem meam & aperuerit mihi ianuam intrabo ad illum & cœnabo cum illo & ipse mecum. Voluntas tamen plurimorum huic beneficentißimæ uoluntati diuinæ reluctatur, atq; ea re frequenter queritur in ueteri testamento de populo suo quòd ei ex corde non crederet, etiam uisis stupendis miraculis, & acceptis à Deo eximijs beneficijs: Vsquequo non credent mihi ait ad Moysen. Et, ut Paulus ex Isaia commemorat ad Israel dicit: tota die expandi manus meas ad populum non credentem, & contradicentem mihi. In Euangelio quoq; alloquens Ierusalem ait: quoties uolui congregare filios tuos sicut gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti, tanquam Dei uoluntas fortißima superata sit hominum uoluntate, & infirmißimis nolendo impedientibus non potuerit facere potentißimus quod uolebat. Qua quidem ratione fit ut increduli sibi cœcitatem imputent, & uitio suo perire dicantur. Quid enim faciat medicus si ægrotus renuat salutiferum pharmacum? id quod apud Prophetam testatur deus: Perditio inquit tua ex te Israel, tantummodo in me auxilium tuum. Ad fidem igitur præter gratiam Dei excitantem & adiuuantem requiritur

Aug. In e ch. ad La

Num. 14

Roma. 1

Matth. 2

Increduli suo uiti pereunt.

Ozeæ 1

requiritur pius uoluntatis affectus, non quia infirma sit gratia Dei, cum sit Deus omnipotens: sed neminem cogit, ut Chrysostomus ait, suadet autem ut recte faciamus. Et quicunque ipsi assentiuntur, eos allicit & trahit, ut sic unusquisq; currendo uoluntate sua à Deo præparata, meritum accipiat, si autem nolit, culpa non uacet. Quod si nolentes ad seruiendum traheret, nō secus eis deberet ait Chrysostomus, acsi nullum præstitissent seruitium. Atq; hac ratione constat, fidem participatiōe quadam liberam esse, & hominum subesse potestati, quatenus Deo excitanti & adiuuanti ad credendum assentiri uel non assentiri possunt si uolunt. est enim hominibus liberū arbitriū post lapsum primi hominis tale, ut homo uolūtate sua à bono declinare posset, et facere malum. Vt uero à malo declinet quò faciat bonum, hoc sine diuino arbitrio et auxilio fieri nequit. Sed hisce de rebus latius, ubi de libero arbitrio egimus. In fide, os cordis, & cor officio oris indiget, iuxta illud Pauli. Corde creditur ad iusticiam, ore autem fit confessio ad salutem. Primum enim quo iustificamur ex impijs, interna fides est: deinde si externè confitendi sese offert occasio, etiam ea quæ corde

homili. 9. sup Ioānē

Deus neminē cogit.

Fides participatiōe quadā libera.

Forma fidei.

Rom. 10.

corde premitur, ore promenda est fides, ac passim annuncianda. Vnde & Christus in Euāgelio ait. Qui me confessus fuerit coram hominibus confitebor & ego eum coram patre meo. Et rursum. Qui me erubuerit & sermones meos, hunc filius hominis erubescet.

Matt. 10.

Lucæ 9.

Inτo lapsi Helchesatæ hæretici ut ante dictum est, qui quidem affirmare non dubitarūt, non esse criminosum in tormentis Christum uocetenus ab eo negari qui corde ipsum confiteretur. Sed de fide hactenus, deinceps de spe dicamus, quæ sic affinis uidetur fidei, ut et ea propemodum nasci credatur ex fide, fides enim est qua uerbo creditur. Spes, qua expectatur quod per uerbum promissum est. Vt enim expectemus, potißimum fides uerbi Dei facit, iuxta Prophetam dicentem. Sperent in te omnes qui nouerunt nomen tuum. Est autem spes certa rerum bonarum futurarum quas à deo promißas fide indubitata credimus cum patientia expectatio. De qua re ita Paulus ad Romanos scriptum reliquit. Iustificati ex fide pacem habeamus ad Deum, per dominum nostrum Iesum Christum, per quem habemus accessum per fidem in gratiam istam in qua stamus, & gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei.

Helchesatarū hæresis.

Spes affinis fidei.

psal. 9.

Spes quid sit.

Rom. 5.

rum Dei. Non solum autem, sed & gloriamur in tribulatiõibus, scientes quòd tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem. Probatio uero spem. Spes autem nõ confundit, hoc est, non pudefacit. Pudore enim afficitur qui quod diu patienterq; expectauit, tandem non assequitur. quod ijs accidere solet qui uanam in hominibus spem collocant. at non item qui in Deo, quia, ut idem

Ephe. 1. Paulus ait, habent pignus huius spei firmissi-

Rom 5. mum, spiritum sanctum Deiq; charitatem per

Rom 8, illum in suis cordibus diffusam. Spe salui sumus docente eodem, quòd scilicet spe salutem tenemus. Cuius certa expectatio nobis uergit in salutem. Spes enim quæ uidetur non est

Rom. 8. spes. Nam quod uidet quis, quid sperat? in-

Hebr. 6. quit idem. Iure igitur à Paulo spes nominatur anchora tuta ac firma & incedens usque ad interiora uelaminis, hoc est, tabernaculum æternæ beatitudinis, ubi præcursor pro nobis introijt Iesus secũdum ordinem Melchisedech Pontifex factus in æternum. quæ uerba paulo ante declarata sunt.

Spes tribus potissimum corroboratur.

Spes tribus potissimum corroboratur: charitate adoptionis, ueritate promissionis, & potestate redditionis. De primo est illud Ioannis.

nis. Videte qualem charitatem dedit nobis 1. Ioan. 3. deus, ut filij dei nominemur ac simus. Si uos, ait Christus, cum sitis mali, nostis bona dare Lucæ 11. filijs uestris, quanto magis pater uester cœlestis dabit spiritum suum bonum petentibus se? Et Paulus. Ipse enim spiritus (nobis scilicet Rom. 8. datus) testimonium reddit spiritui nostro, quòd sumus filij Dei. Si autem filij, & hæredes. Hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi. Si tamen compatimur ut glorificemur. De promissis uero diuinis quis desperet? nisi qui mendacem deum putet: at istud, ut est stultissimum, ita maximè impium. Est enim fidelis (ait Psalmographus) in omnibus uerbis su- Ps. 144. is, & sanctus in omnibus operibus suis. Qui accepit eius testimonium (clamat Ioannes) Ioãnis 3. signauit quia deus uerax est. Quanta, quàm incredibilia à Prophetis prædicta fuere de Christo, quid horum non euenit? Qui igitur in illis non fefellit, in alijs fallet? Etsi non mẽtiti sunt Prophetæ, Deus Prophetarum dominus mentietur? Iam cum omnis homo mendax sit ut Paulus ait, partim quod mentiri po- Rom. 3. test, partim quòd quantum in ipso est, præstare quod pollicetur non potest: Certè Deus uerax censendus est, ut pote qui docente Paulo 2. Tim. 2.

 fidelis

Sapien. 11 fidelis permanet. Tum quia omnia potest, nullum siquidem uerbum (ait Angelus Gabriel) apud Deum impoßibile est. Quamuis autem omnipotens Deus sit, mori tamen non potest, nec falli, nec mentiri, nec peccare. Et quod Paulus Apostolus ait, negare seipsum non potest. Nam hæc omnipotentiæ repugnant. Nec est quòd quispiam propter peccata spe in Deum excidat, dißimulat enim Deus peccata hominum propter pœnitentiam. Neq; uult mortem peccatoris, sed ut reuertatur et uiuat. Cuius rei exemplo sunt, Dauid, Niniuitæ, Petrus apostolus, Magdalena, Paulus, Latro in cruce, & cæteri. Ac ne ad dubitandum de promißis diuinis adducatur quispiam, illud Esaiæ saluberrimum præceptum semper in ore atq; animo habendum est. Qui crediderit, ne festinet. Qui enim moram ferre non potest, is neq; constantiam, neq; fidendi perseuerantiam retinere potest. Diffidens autem se non solùm bonis, quæ promissa sunt indignũ reddit, sed etiam grauißimas pœnas diffidentiæ dat. Quisquis enim Deo affirmanti nõ credit, is profectò illum esse uanum & mendacem credit. At qui patiens in mora, fidere perseuerat, sine dubio promissa bona consequitur,

Lucæ 1.

Quæ de9 nõ potest.

Auguſ. de ſymbo. ad catechum. lib. 1. ca. 1.

Sap. 11.

Ezech. 18

Præceptũ saluberrimũ.

Esaiæ 28.

quitur, & Deo charißimus est. De qua re Paulus ad eum modum scripsit. Nolite amittere confidentiam uestram, quæ magnam habet remunerationem. Patientia enim uobis necessaria est, ut uoluntatem dei facientes, reportetis promißionem. Adhuc enim modicũ aliquantulumq;, qui uenturus est, ueniet, & non tardabit. Iustus autem meus ex fide uiuit, qui si subtraxerit se, non placebit animæ meæ. Nos autem non sumus subtractionis filij in perditionem, sed fidei in acquisitionem animæ. hæc ille. Solet autem Deus anteq̃ promissa persoluat, ita plerunq; omnia contra ac pollicitus est, euenire pati, ut uix credibile sit ea quæ prædicta sunt, uera unquam euasura: cuius rei inter cætera exempla plurima, est Dauid, quem cum Deus in pueritia regem designauerat, acerbis tamen & diuturnis calamitatibus illum exagitauit antequam regni possesionem adire permitteret. Idem Gabriele nunciante Mariæ pollicitus Iesum in solio Dauidis sessurum, atq; imperium illius sempiternum fore: quis hoc nisi diuino spiritu afflatus, sicut prædictum est euenturum suspicari posset? cum Iesum uideret usq; ad trigesimum ætatis annum propter obscuritatem in

Hebr. 10.

Quomodo deus i promißis exequẽdis se gerit.

Lucæ 1.

magna hominum ignoratione uersari, reliquã
uero uitam inopem & uagam persequi, ad ex
tremum, tanquam perditißimum latronem cru
ci suffixum acerbißima morte mulctari.

CVR deus ple= rũq; pro= missa diffe rat.

Solet autem Deus promissa plærumq; dif=
ferre, uel ad sanandum tumorem superbiæ, uel
ad probandam exercendamq́; patientiam, uel
ad abluenda & punienda peccata. In hoc
ergo genere rerum, spes nostra Dei uolunta=
ti attemperanda est, cum plærumq; multa dif=
Aug. ferantur, ut congruo tempore dentur. Hoc fe=
cisse uidemus plærosq; pios ut ex illorum di=
ctis, colligere est. Expecta dominum (inquit
Psal. 26. David) uiriliter age, confortetur cor tuum, &
Psal. 39. sustine dominum. Et iterum. Expectans ex=
pectaui dominum, & intendit mihi & exau=
diuit preces meas, & eduxit me de lacu mise=
riæ, & de luto fecis. Iudith illa, cum intelle=
Iudith. 8. xisset Oziam promisisse, quòd transacto quin=
to die, traderet ciuitatem Bethuliam Assyrijs,
si interea non uenisset adiutorium à domino,
grauiter reprehendit Oziam & populum in=
ter alia dicens. Qui estis uos, qui tentatis do
minum? non est iste sermo qui misericordiam
prouocet, sed potius qui iram excitet, & fu=
rorem accendat: posuistis uos tempus misera=
tioni

tionis domini, & in arbitrium uestrum diem
cõstituistis ei? Et paulo post. Humiliemus il=
li animas nostras, et in spiritu constituti humi=
liato seruientes illi dicamus, ut secundum uo=
luntatem suam sic faciat nobiscum misericordi=
am suã, expectemusq́; humiles consolationes
eius. Ita uera pietas neq; spem abijcit: neq; Vera pie= tas.
ab orandi studio deterretur, licet aures Dei
abhorrere uideantur. qua præditus Dauid, Psal. 118.
dicebat. Defecerunt oculi mei dum spero in
Deum meum. Hunc affectum ut inderet nobis
[illegible]ristus, proposuit parabolam de iudice ini=
q[illegible]d Lucam, qua docet, oportere semper Lucæ 18.
orare & non deficere.

Causæ spei eædem ferè sunt quæ & fidei,
proinde illis dimißis de charitate dicamus.

Charitatis nomen deductum aiunt à Græca Chari= tatis no= men unde deductum
dictione χάρισ quod significat gratiam. Non
desunt qui putent Latinum plane esse uocabu=
lum, & non tantum penuriam, sed amorem
inter utentes ratione significare, atq; ob id si=
ne aspiratione scribi debere. Charitas du= Aug. ßm. 52. de tẽp.
plex, humana & diuina. Prior est duplex,
Licita & Illicita. Licita est qua uxor, libe=
ri, amici, ciues diliguntur, hæc non solum ita li
cita est, ut concedatur, sed ita licita, ut si defu=
erit,

erit, reprehendatur. Illicita, qua meretrix uel uxor aliena diligitur. Ab hac Paulus acerrime deterret dicens. Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? Vt autem hoc diceret, superius ait. Nescitis quia qui adhæret meretrici unum corpus est. Et testimonium protulit ex scriptura. Erunt duo in carne una. Diuina charitas est, definitore Augustino, motus animi ad fruendum deo propter ipsum, & se atq; proximo propter deum. Charitas si ordinata esse debeat, necesse est ut per desyderium currat de deo, & cum deo, & in deum. De proximo, cum proximo, & non in proximum: De mundo, nec cum mundo, nec in mundum, ut in solo Deo quiescat per gaudium. Tria enim sunt quibus desyderium permotum currit, et in quibus gaudium quiescit: Deus, Proximus, Mundus. De deo desyderium currit, quando de eo accipit unde eum diligit. Cum Deo currit, quando eius uoluntati in nullo resistit. In Deum currit quando in ipso requiescere appetit. De proximo currit, quando de salute eius et profectu gaudet. Cum proximo uerò, si illum in uia comitem itineris, & socium peruentionis habere concupiscat. Sed in proximum non potest,

1.Cor. 7.

Aug. li. 3. ca. 10. de doctr. christiana.

August. de sub: dile: ca. 5.

potest, ut scilicet in homine spem & fiduciam collocet. De mundo uerò currit quando inspecto foris Dei opere per admirationem & laudem ardentius intus ad ipsum se conuertit. Cum mundo autem curreret, si se per mutabilitatem temporalium siue deijciendo in aduersis, siue eleuando in prosperis huic conformaret. In mundum uerò, si in eius delectationibus semper requiescere uellet. In ordinata igitur charitate tria sunt, quæ ad Deum pertinent, scilicet desiderij cursus de Deo, cum Deo, in Deum. Ad proximum duo, de proximo, cum proximo, non in proximum. Ad mundum unum, uidelicet de mundo currere, nō aut cum ipso aut in ipsum. Charitas quatenus nos facit gratos Deo, gratia dicitur, quatenus uerò faciles facit & promptos expeditosq; ad diligendum Deum, charitas appellatur. Charitatem sublimiorem esse omnibus uirtutibus, tū sine illa nulla Dei dona prodesse, paulo antè ex scripturis diuinis ostendimus. Ex definitione charitatis apparet, obiectum charitatis, esse Deum & proximum. Cæterum quomodo amandus sit Deus & proximus, antè ostensum est, ubi scilicet primum præceptum Decalogi explanauimus.

Quæ sunt i charitate ordinata.

And. ueg. i cōc. Tri.

Gratia quomō distinguatur à charitate.

obiectum charitatis

Expreßit

1.Ioan. 3. Expreßit quoq; Ioannes apostolus qualis chã
ritas esse debeat, cum diceret. Filioli mei nõ
diligamus uerbo neq; lingua, sed opere et ue-
1.Tim. 1. ritate. Et Paulus. Finis autem præcepti cha
ritas de corde puro & conscientia bona & fi
qui nõ de non ficta. Nec est quòd quispiam diligere
diligit p- se Deum affirmet si proximum non amet.
ximũ non Nam & Ioannes apostolus loquitur. Si quis 1.Io
diligit de- dixerit quoniam diligo Deum & fratrem su- 4.
um. um oderit, mendax est. Qui enim non diligit
fratrem suum quem uidet, Deum quem non ui-
det quomodo potest diligere? Et hoc manda-
tum (inquit) habemus à Deo, ut qui diligit de-
Ama- um, diligat & fratrem suum. Iam si quispi-
tor mundi am mundi amore captus se amatorem profi-
deũ dilige teatur, fallitur, eodem Ioanne testante. No-
re nõ po- lite (inquit) diligere mundum, neq; ea quæ in
test. mundo sunt. Si quis diligit mundum, non est
charitas patris in eo. Quoniam omne quod
est in mundo, concupiscentia carnis est, & cõ-
cupiscentia oculorum, & superbia uitæ, quæ
1.Cor. 7. nõ est ex patre, sed ex mundo. Hinc et Paulus.
Qui utuntur hoc mundo, sint tanquam non
utentes, præterit enim figura huius mundi.
Quibus quidem uerbis innuit ut hi quos aut
casus, aut neceßitas inuoluit mundanis nego-
ciys, sic

ciys, sic utentur quasi non utantur, ut harum
rerum curam postremam habeant, primam
cœlestium si solam esse nõ licuerit. Cui non dis-
simile est Psalmographi. Diuitiæ si affluant, Psal. 61.
nolite cor apponere. Amandus autem Deus Cur de
propter ipsum, quippe qui sit summum bo- us aman-
num, cuius gratia, ut ante ostensum est, omnia dus.
condita sunt, isq; solus sit in cuius facie bea-
tißima contemplanda, mens humana omni-
bus gaudijs & uoluptatibus cumulari poßit,
& in suauißima pulcherrimi numinis illius
contemplatione conquiescere, dicente Psal- Psal. 16.
mographo. Saciabor cum apparuerit gloria
tua. Nam illa quæ homines in bonis ducũt,
illisq; à Deo amando abducuntur, sunt mo-
mentanea, caduca, fluxa, plus fellis quàm mel-
lis habentia, ad extremumq; interitum ple-
runq; ducentia, atq; ob id nihili. Id illi ipsi,
qui aliquando ijs corda sua enutrierunt, te-
stantur condemnati, docente scriptura. Las- Sapien. 5.
sati sumus (inquiunt) in uia iniquitatis, &
perditionis, & ambulauimus uias difficiles,
Viam autem domini ignorauimus. Quid
nobis profuit superbia? aut diuitiarum ia-
ctantia quid contulit nobis? Transierunt il-
la tanquam umbra, & tanquam nuntius per-
Aa currens:

currens: & tãquam nauis quæ pertransit fluctuantem aquam: cuius cum præterierit non est uestigium inuenire: neq; semitam carinæ illius in fluctibus. Eorum itaq; exemplo unusquisq; cautior reddatur, neq; patiatur se ab amore Dei rebus nihili abduci: à cuius charitate non solum his, sed etiam contrarijs di-
Roma. 8. ligentes Deum auelli minime possunt ut Paulus docet. Quis (inquit) nos separabit à charitate Dei? tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? sicut scriptum est: quia propter te mortificamur tota die, æstimati sicut oues occisionis, sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos. Certus sum enim quia neq; mors, neq; uita. &c. Sunt aliæ causæ propter quas Deus diligendus sit, inter quas est illa non postrema quòd sit dator omnium bonorum, quorum quidem nullam partem, non dicam referenda: Verum ne cogitanda quidem gratia consequi poterit quis-
Esaiæ 1. quam. Quòdsi bos (ut est apud prophetam) cognoscit possessorem suum, & asinus præsepe domini sui, cur homo Deum dominum & patrem suum beneficentissimum non agnoscat atque amet?

Causæ efficientes charitatis eædem sunt quæ & fidei, proinde eas missas facio. Atq; hactenus de fide, spe, & charitate pro ratione compendij dictum sit.

Fidei, spei, & charitatis studiosi tentationibus, & tribulationibus incessuntur docente scriptura. Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in iusticia, & in timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Item. Multæ tribulationes iustorum, & de omnibus his liberabit eos dominus. Et alibi. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei. Sic Abraham tentatus est, & per multas tribulationes probatus, Dei amicus effectus est. Sic Isaac, sic Iacob, sic Moyses, Iob, Tobias, Dauid, Ezechias, Apostoli, Ioannes Baptista, Maria Christi Iesu mater, atq; adeò omnes qui placuerunt Deo, per multas tribulationes transierunt fideles. Hinc & Christus Iesus post baptismum se tentari siuit, uidelicet ostendens, nos post baptismum tentationes excepturas esse. Idemq; quanta pertulerit, quamque acerbissimam, & despicatissimam mortem oppetierit, nemo est qui nesciat. Igitur conregnare qui uolet cum capite Christo, illi compatiatur oportet, de qua re Christus.

Tribulatio. Eccle. 2. Psal. 33. Actu. 14. Iudit. 8. Mat. 4. Ro. 8.

Matt. 10. Qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus. Porro tribulationes irruere permittit, ut homo discat quoniam Christi baptisma multo illum fortiorem fecit. Deinde ut in mediocritate illa egregia permaneat, neq; donorum scilicet magnitudine elatus, neq; tentationum mole depressus. Ad hæc uerò ut malignus ille dæmon, cum de tua discessione dubitat, ex ipsa tribulationum tolerantia discat, quòd perfecta ab illo abrenũciatione discesseris. Quarto, ut fortior & ipso prorsus ferro ualentior tentationum exercitatione reddaris. Quinto, ut capias grãde documentum thesaurorum tibi à domino creditorum. Neq; enim superueniret tibi neque aduersus te diabolus irrueret, nisi in maiore honore te positum conspiceret. Hinc enim aduersus Adam insurrexit aliquãdo, quia multa illum dignitate uidit conspicuum, propterea & contra sanctum Iob nequitiæ suæ arma commouit, quia ubiq; uidebat illum ab omnium Deo miris laudibus coronatum.

Tribulatio cur? Chris. homil. 13. in Matth.

Adam.

Iob.

Plerunq; autem iudicio dei hic affligimur, ne cum mundo damnemur, id quod Paulus testatur Corinthijs scribens. Quod si nosmet ipsos (inquit) dijudicaremus, non utiq; iudicaremur. dum

1. Cor. 11.

mur. dum iudicamur autem, à domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur. In summa Deus permittit tribulationes in suos, neq; illico liberat, ne ab eo declinemus, quin potius iusta & debita obsequia illi præstemus. Afflictio enim religiosos facit, cuius rei testis est Psalmographus cum diceret. Bonum mihi quia humiliasti me, ut discam iustificationes tuas. Item. Priusquam humiliarer ego delinqui, propterea eloquium tuum custodiui. Solent enim deliciæ & res secundæ homines effrenatos & religionis negligentes reddere. Eius rei exemplo est populus iudaicus. de quo Moyses. Incrassatus (inquit) dilectus & recalcitrauit, incrassatus impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem suum, & recessit à deo salutari suo. Quamobrem & Deus uolens afficere supplicio illos qui parere nolunt salutaribus eius monitis, patitur plerunq; eos indulgere, & obsequi cupiditatibus suis, quibus sibi pestem ac perniciem comparant. Quod Dauid innuit, cum diceret. Dimisit eos secundum desyderia cordis eorum, ibunt in adinuentionibus suis. Quam impiorum prosperitatem Ieremias admiratur dicẽs. Quare uia impiorum prospe-

Psal. 118.

Luxuriat animi rebo secũdis

Deute. 32.

Quare uia impiorum pspe ratur.

Psal. 80.

Iere. 12.

ratur, bene est omnibus qui præuaricantur, & inique agunt. Et Iob. Quare ergo impij uiuunt, subleuati sunt, confortatiq; diuitijs? Semen eorum permanet coram eis, propinquorum turba, & nepotum in conspectu eorum. & cætera. Dauid item eum impiorũ successum cum aliquando expenderet, parum abfuisse dixit quin de recta sententia depelleretur. Quam bonus (inquit) deus Israel his qui recto sunt corde, mei autem pene moti sunt pedes, pene effusi sunt gressus mei, quia zelaui super iniquos pacem peccatorum uidens. Et quæ sequuntur. Ita quidem impijs plerunq; secundæ res sunt, ut etiam moriantur sani, robusti, diuites, et fœlices, uisceribusq; adipe plenis: partim ut dum hic suis cupiditatibus obsequãtur, grauiores pœnas in uita futura dent: partim quòd nonnunquam pro suis quibusdã operibus, sua bona hic accipiant, illis post hãc uitam cærituri. Quemadmodum diues ille apud Lucam, cui Abraham dixit. Fili recordare quia recepisti bona in uita tua. Pij contra plerũq; in amaritudine absq; ullis opibus mori solent, adeò ut & canibus dilaniendi dentur quò scilicet fides eorum & charitas in deum hominibus clara sit. Non igitur grauiter

Iob. 21.

Psal. 72.

Iob. 21.

Luce. 10.

pijs commouendum, rebus secundis improborum, quòd scilicet fugaces sint, & maiora illis supplicia pariãt. Cuius rei Psalmograpus admonens inquit. Noli æmulari in malignantibus, neq; zelaueris facientes iniquitatẽ. Quoniam tanquam fœnum uelociter arescent, & quemadmodum olera herbarum cito decident. Et paulo post. Noli æmulari in eo qui prosperatur in uia sua, in homine faciente iniusticias. Desine ab ira & derelinque furorem, noli æmulari ut maligneris, quoniam qui malignantur exterminabuntur, sustinentes autem dominum ipsi hæreditabunt terram. Et adhuc pusillum, & non erit peccator, & quæres locum eius, & non inuenies. Item. Vidi impium superexaltatum, & eleuatum sicut cedros Libani, & transiui, & ecce non erat, quæsiui eum, & non est inuentus locus eius.

NON mouẽdũ felicitate improborũ.

Psal. 36.

Hostes spiritales cum quibus nobis depugnandum est in uita hac quasi militia, sunt caro, mũdus, diabolus. Caro, id est, affectus praui, seu cõcupiscentia, qua sollicitamur ad malum. De qua Iacobus apostolus. Vnusquisq; tentatur à concupiscentia sua abstractus et illectus, deinde concupiscentia, cum conceperit, parit peccatum, peccatum uero cum consuma-

hostes spiritales qui.

Caro.

Iac. 1.

Galat. 5. tum fuerit, generat mortem. Et Paulus. Caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus aduersus carnem, ut non quæcunq; uultis, illa faciatis. Et alibi. Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ & captiuantē me in lege peccati, quæ est in membris meis. Vt autem hæc planius pernoscantur, sciendum est, hominem constare ex corpore & anima. Corpus ortum habet ex semine, quod quidem est excrementum ultimi alimenti, sanguinis scilicet, ut philosophi tradūt. Cui quidem semini est etiam permistus spiritus seu áër ex corde per arterias procedens, ut medici tradunt, quod & in sectionibus corporis humani euidentißimè cōspicitur. Anima uerò humana iudicio Dei ex nihilo creatur, & infunditur formato in utero corpori. Habet autem anima duplicem uim præcipuam, unam quæ docet & explanat quid agendum fugiendumue sit, quæ dicitur mens seu ratio. hanc Paulus uocat modò spiritum, modò interiorem hominem, modò legem mentis. Hæc lumen illud uultus diuini, & legem illam honestatis ex archetypo diuinæ mentis sibi impressam retinens, ad optimas res (quemadmodum etiam nonnulli philosophorum gentilium sensere) inuitat,

Marginal notes (left): homo ex quibus constet. — animæ uis duplex. — Aug. li. 1. d' ori. aīæ Quest. 32 quæst. uer: et noui testa: de eccle. dogm. — Ratio quō uocatur à Paulo. — Aris. li. 1. Ethi. — Gal. 5. Rō. 7.

uitat, idq; quantum patitur ignorantiæ nebula eius obfuscans iudicium. Quam etiam ijdem philosophi foris uenire in corpus affirmare nō dubitarunt, esseq; immortalem. De qua Paulus. Condelector legi Dei secundum interiorē hominem, uideo autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in mēbris meis. Altera uis præcipua animæ humanæ est Græcis ὁρμη, Latinis appetitus, quæ hominem huc atq; illuc rapit, dum cupit, dum irascitur, expetit, cæterisq; affectibus concutitur, quorum affectuum praui, ratiōi repugnātes unà cum ignorantia, orignali peccato animæ insiti sunt, manentq; etiam post baptismū, labe peccati origınis abstersa, tum ad custodiam humilitatis, tum materiam segetemq; uirtutis, ut ante ostensum est, ubi de peccato orignali et concupiscentia egimus. Hanc uim animæ diuus Paulus appellat aliquando carnem, aliquando corpus, aliquando exteriorem hominem, aliquando legem membrorum. Hæc itaq; altera animæ pars, oblato eo quod uidetur esse utile, illud sequi cupit, contrà, quod inutilis speciem præsefert, refugit, natura eius ita ferente. Hinc philosophi, quatuor affectus uniuer-

Marginal notes (right): Aris. de anima li. 1. & 3. — Roma. 7. — Amb. li. 1. c. 7. offici. — Affectus praui unde. — Gal. 5. Roma. 7. — Cic. 4. tusc.

 niuer-

Affectus quatuor uniuer. niuersaliores ponunt, duos ratione mali, præsentis quidem, ægritudinem, id est, mœrorem, futuri uero metum: Ratione boni totidem, præsentis læticiam, futuri libidinem uel cupiditatem.

Ægritudini quæ subijciũtur

Aegritudini subijciunt inuidentiã, æmulationem, obtrectationem, misericordiã, angorem, luctum, mœrorem, ærumnam, dolorem, lãmẽtationem, sollicitudinem, molestiam, afflictionem, desperationem, & si quæ sunt de eodem genere. Sub metum conijciunt pigriciam, pudorem, terrorem, timorem, pauorem, exanimationem, cõturbationem, formidinem.

Voluptatis spẽs libido

Voluptati subdunt, maleuolentiam, delectationem, iactationem, & similia. Libidini uero iram, excandescentiam, odium, inimicitiam, discordiam, indigentiam, desyderium, & cætera eiusmodi.

Descriptiões singulorũ affectuum.

Hæc autem deffiniunt hoc modo, Inuidentiam esse dicunt ægritudinem susceptam propter alterius res secundas, quæ nihil noceant inuidenti. Aemulationem (ut hoc loco accipitur, nam et imitatio uirtutis æmulatio dicitur) Aegritudinem, si eo quod quis concupierit, alius potiatur, ipse careat. Obtrectationẽ quã intelligunt zelotipiam. Aegritudinem ex eo quod alter quoq; potiatur eo, quod ille ipse concup

concupiuerit. Misericordiam, ægritudinem ex miseria alterius iniuria laborantis. Angorem ægritudinem præmentem. Luctum, ægritudinem ex eius qui charus fuerit interitu acerbo. Mœrorem, ægritudinem flebilem. Erumnam, ægritudinem laboriosam. Dolorem, ægritudinem cruciantem. Lamentationem, ægritudinem cum eiulatu. Sollicitudinem, ægritudinẽ cum cogitatione. Molestiam, ægritudinẽ permanentem. Afflictationem, ægritudinem cum uexatione corporis. Desperationem, ægritudinem sine ulla expectatione rerum meliorũ.

Descriptiões spẽcierũ metus.

Quæ autem subiecta sunt sub metum, ea sic definiunt. Pigritia est metus consequentis laboris. Terror, metus concutiens. Ex quo fit, ut pudorem rubor, sicut terrorem pallor & tremor, & dentium crepitus cõsequatur. Timor metus mali appropinquantis. Pauor, metus mentem de loco mouens. Exanimatio, metus subsequens & quasi comes pauoris. Conturbatio, metus excutiens cogitata. Formido, metus permanens.

Voluptatis spẽs

Voluptatis autem partes hoc modo describunt. Maleuolentia, est uoluptas, ex malo alterius sine emolumento suo. Delectatio, uoluptas suauitate auditus animum deliniens. Et qualis est hæc aurium, tales sunt oculorum,

culorum, & tactionum, & odorationum, & saporũ, quæ sunt omnes unius generis, ad perfundendum animum tanquam illiquefactæ uoluptates. Iactatio, est uoluptas gestiens, & se efferens insolentius. Quæ autẽ libidini subiecta sunt, ea sic definiunt, ut ira sit libido puniendi eius, qui uideatur læsisse iniuria. Excãdescentia autem sit ira modò nascens, & modò desistens, quæ θυμωσις Græce dicitur. Odium, ira inueterata. Inimicitia, ira ulciscendi tempus obseruans. Discordia, ira acerbior intimo odio & corde concepta. Indigentia, libido explebilis. Desyderium, libido eius qui nondum adsit uidendi. Affectuum omnium tres esse perhibentur, qui in animis hominum tantas perturbationes cient, & interdum ita cogunt delinquere, ut nec famæ interdum, nec periculi sui respectu tuta habere permittant. Ira quæ uindictam cupit. Auaricia quæ desyderat opes. Libido quæ appetit uoluptates.

Libidinis species

Affectus uehemẽtiores. Lactã. l. 6 ca. 19.

De affectibus philosophi ueteres non similiter sensere. Stoici euellẽdos esse sapienti censent, in cuius animo uice affectuum uniuersalium, quos ex opinione bonorum malorumq; nasci putant, supponunt alia quædam: pro cupiditate uoluntatem, eam esse dicentes, quæ cũ ratione

Hiero. ad Ctesiphõt. Cic. 4. tus. Aug. l. 14 de ciuita.

ratione quid desyderat. Quæ autem aduersus rationem incitata est uehementius, ea libido, uel cupiditas effrenata dicitur. Pro lætitia, quam definiunt sine ratione animi elationem, substituunt gaudium, quod tum esse dicũt, cum ratione mouetur animus placidè atq; cõstanter. Pro metu, qui illis est declinatio sine ratione & examinatione humili atq; fracta, cautione. Pro ægritudine seu tristicia, quam definiunt animi aduersante ratione, contractionem, nihil uoluerunt in animo sapientis esse, quòd tristicia sit de malo, quod non euenit sapienti. Et hæc quidem Stoici. Peripatetici contrà, affectus quos communes animæ cũ corpore sentiunt, non euellendos prorsus esse, sed moderandos aiunt. Quamuis et Stoici eò reuoluuntur, quò peripatetici perueniunt. Nam quæ tollenda esse censent, non tollunt sed temperant. Si quidem nomina tantummodo immutant, res ipsas manere sinunt, quæ reuera tolli non possunt prorsus. Hoc enim esset hominem ex homine tollere, & in corpore constitutum, esse sine corpore ut ait Hieronymus in epistola ad Ctesiphontem. Quin & uirtutem, cui soli locum relinquunt hac ratione ab homine amouerent. Nam si uirtus est in medio

Stoici.

Peripateticorũ sententia de affectibus.

iræ,

iræ, impetu seipsum cohibere, & reprimere quod negare non possunt. Caret ergo uirtute, quisquis ira caret. Si uirtus est libidinem corporis cõtemnere, uirtute careat necesse est qui libidinem quam temperet non habet. Si uirtus est cupiditatem ab alieni appetitione refrenare, nullam uirtutem potest habere, qui caret eo ad quod cohibendum uirtutis usus adhibetur. Vbi ergo uitia non sunt, nec uirtuti locus est, sicut nec uictoriæ quidem ubi aduersarius nullus est. Affectus igitur, quasi ubertas animorum est naturalis. Nam sicut in sentes ager qui est natura fecundus, exuberat: Sic animus incultus uitijs sua sponte inualescentibus, uelut spinis obducitur. Non est itaq; probanda sententia Stoicorum, de euellendis stipitibus affectuum, neq; semper proprietate uocum ab illis posita, christiana locutio refrenanda est. Sed nec peripateticorum sententia de affectibus moderandis Lactancio probatur, quòd affectus uitia esse concedentes, ea mediocriter temperent. Carẽdum enim est uitijs etiam mediocribus. Quin potius efficiendum fuit, primum ne uitia essent, nec enim quicquam uitiosum nasci potest, sed uitia fieri. si male utamur affectibus, uirtutem, si bene. Deinde monstrãdum est

Aug. l. 14 de ciuita.

Lactã. l. 6 d'uero cultu.

dum est non ipsos affectus, sed eorum causas moderandas. Non est, inquiunt, nimia læticia gestiendum, sed modicè ac temperatè. Hoc uero tale est quale si dicerent non esse concitatè currendum, sed gradiendum moderatè. At potest et qui graditur errare, & qui currit rectam uiam tenere. Inueniuntur certè aliqua, ubi non tantũ modicum, sed uel punctum gaudere uitiosum est: & alia contra ubi exultare læticia uel minimè, criminosum. Quid tandem nobis ista mediocritas proderit? Non igitur in his moderandis sapientiæ ratio uersatur, sed in causis eorum, quoniam extrinsecus cõmouentur. Nec his potissimum frena imponi oportuit, quoniam & exigui possunt esse in maximo crimine, & maximi possunt esse sine crimine. Aßignandi itaq; fuerunt certis temporibus, & rebus, & locis, ne uitia sint, quibus rectè uti licet. Quod si fiet, non modo uitia non fient, quæ philosophi esse uitiosa sentiunt, sed etiam uirtutes si ad debitum finem, id est, ad Deum referantur.

Cupiditas, uerbi causa, inter uitia numeratur. Sed si hæc, quæ terrena sunt concupiscit, uitium est, uirtus autem si cœlestia. Qui enim iusticiam, qui deum, qui uitã perpetuam, cæteraq; id genus

id genus cupit, consequi opes istas, & honores contemnet. Dicet fortasse Stoicus, uoluntate opus est ad hæc consequenda, non cupiditate. imò uerò parum est uelle, multi enim uolunt, sed cum dolor uisceribus accesserit, uoluntas cedit, cupiditas perseuerat, qui si efficit ut contemptui sint omnia, quæ à cæteris appetuntur, summa uirtus est. Siquidem continentiæ mater est, ideoq; potius id efficere debemus, ut affectus, quibus praue uti uitium est, dirigamus in rectum, ita fiet ut uirtutes sint. Ira igitur ad coërtionem peccatorum, id est, ad regendam subiectorum disciplinã data est, ut melius licentiam comprimat, & compescat audaciam. At qui terminos eius ignorat, irascitur paribus, aut fortioribus temere. inde ad immania facinora prosilitur, inde ad cædes, inde ad bella, consurgitur. Cupiditas ad desyderanda & conquirenda uitæ necessaria tributa est, sed qui nesciunt fines eius, insatiabiliter opes congerere nituntur. Hinc uenena, hinc circunscriptiones, hinc falsa testimonia, hinc omnium fraudum genera erumpent. Libidinis affectus ad procreandos filios insitus & innatus est. sed qui limites eius in animo non tenent, utuntur eo ad solam uoluptatem, inde illicitæ

inde illicitæ nuptiæ inde adulteria, & stupra, inde omnes corruptellæ oriuntur. Redigendi igitur affectus praui in uiam rectam, in qua & si uehementes sunt, culpam tamen habere non possunt. Danda igitur opera, ut ratio quæ discernit expetenda à fugiendis præsit quasi dux animæ et gubernator, uacetq; temeritate, & inscitia: appetitus uero obtemperet rationi, illam neq; præcurrendo, neq; deserendo, iudiciumq; in suis desyderijs rationis expectet, neue efficiat, ut homo, etsi meliora uideat probetq;, deteriora tamen sequatur. Porro appetitum rationi obedire, declarant obiurgationes & admonitiones. Hinc & Aristoteles cupiendi uim et appetendi, rationis quodammodo esse ait participẽ, eo scilicet quo ipsi obedit & obtemperat. Sed hactenus de carne et affectibus dictum sit. Alter hostis est spiritalis, Mundus, totus (ut Iohannes ait) in maligno positus. Omne enim eodem teste, quod est in mundo, concupiscentia carnis est, et cõcupiscentia oculorum, & superbia uitæ. Est autem Concupiscentia carnis (ait Augustinus) non modo libidinis & rei ueneree, sed omnium quæ ad carnem pertinent immoderatus et illicitus usus siue cibi, siue potus siue lusus.

[Margin: Aristot. 1. Ethico.]
[Margin: 1. Ioan. 5.]
[Margin: Mũdus]
[Margin: 1. Ioan. 2.]
[Margin: Cócupiscentia carnis.]

sius. Concupiscentia uero oculorum & auariciam & omnem inanem compræhendit rerum expetibilium curiositatem. Superbia uitæ omne genus arrogantiæ & ambitionis ac superbiæ. Præterea sunt multi mundo addicti ac nihil præter mundum sapientes, qui sæpius pios odio prosequi solent. de quibus Ioannes. Nolite mirari fratres, si odit uos mundus, nos scimus quoniam translati sumus de morte ad uitam. hoc est, si fraterna secundum Deum charitas in nobis est, tunc scimus de morte peccati ad uitam gratiæ nos esse translatos, & hanc uitam uiuentes, mortem temporalem uereri non oportet.

1. Ioan. 3.

Diabolus.

Tertius hostis hominum est diabolus qui (ut Petrus ait) tanquam leo rugiens circumit, quærens quem deuoret. Ab hoc tentationes fiunt in homines aut pro suis peccatis puniendos, aut pro domini misericordia probandos & exercendos. Fiunt autem non potestate eius sed permissu domini. Id quod inter cætera colligere licet ex illo euangelij loco, ubi diaboli ex dæmoniaco pellendi Christum petierunt ut illos in gregem porcorum ingredi pateretur. Quod quidem fecit, partim ut indicaret malignitatem diaboli eam tamen inualidam ad nocendum sine permissione diui-

1. Petri 5.

diaboli tētationes.

Aug. li. 2. de sm. dñi in monte.

one diuina: partim ut ostenderet diabolum in eis plurimum ualere qui uitam porcorum agunt, qui ob id princeps mundi dictus est. Sic & Iob afflixit facultate à deo expetita. Inter cæteras autem plurimas oppugnandi rationes quibus hominem diabolus adoritur, est et illa qua cogitationes malas cordi immitens, ad mala patranda homines perducit. Cuius rei exemplum est in Iuda proditore, de quo Ioannes sic scriptum reliquit. Cum diabolus iam immisisset in cor Iudæ ut traderet Iesum.

Ioan. 12.

Ioan. 13.

Diabolus Græcum nomen est, significans criminatorem. Non est enim dicente Christo, ueritas in eo, quia mendax est & pater eius, mendacij scilicet. Hic & dæmon dicitur in literis sacris, hoc est, sciens. Apud gentiles uero dicebantur boni & mali dæmones. Porro dæmones, hoc est, scientes dicuntur, nō quòd æternas temporum causas, & quodammodo præcipuas in dei sapientia contemplentur, sicut angeli boni. Sed quòd quorundam signorum nobis occultorum maiore experiētia, uel etiam longitudine temporum peritiores facti, uel ab angelis sanctis iussu dei de quibusdam rebus certiores reddi soliti, multo plura futura quàm homines perspiciant, dispositionesq;

Ioan. 8.

Aug. ex c. 22. ciu. dei.

id est, ea quæ facturi sunt, aliquando prænun-cient, ueluti diuinando. Fuerunt autem dia-boli angelis sanctis æquales creati, uerum pro-prio uitio maligni facti. Nam cum unus inter illos clarior quasi princeps fuisset, atq; ob hoc eminentia naturæ et scientia inflatus, deus di-ci uoluisset, multosq; in præuaricationem tra-xisset, una cum illis de cœlo eiectus est. de qua re Petrus. Deus (inquit) angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciãdos in iudicium re-seruari. Christus item apud Lucam. Videbã sathanam sicut fulgur cadentem de cœlo. Id & Esaias significauit, cum diceret regem Ba-biloniæ perinde casurum atq; luciferum de cœ-lo. Quomodo cecidisti (inquit) de cœlo luci-fer qui mane oriebaris. Cæteri autem angeli qui domino pia obedientia cohæserunt, gratia dei sic in omnibus circumdati sunt, ut nunquã cadere poßint à beata uita qua fruuntur do-mino cohærentes.

Diaboli ĩ qua conditiõe creati fu-ere.

2. Petri. 2.

Lucæ 10.

Esaiæ 18.

Angelorum tres ierarchias esse quidã tra-dunt. Supremam, mediam, et infimam. Qua-rum singulæ ternos ordines continent. Supre-ma Seraphinos, Cherubinos & Thronos. Media dominationes, principatus, potestates. Infima

Diony. de cœlestia Ie-rarchia.

Infima uirtutes, archangelos. & qui angeli magis proprio uocabulo, quod est alioqui o-mnibus commune nominantur. Licet autẽ cũ-cta gratiarum munera omnes acceperint. A-lia tamen alijs largius tributa sunt. Itaq; Se-raphini appellãtur qui cæteris charitate præ-stant. Cherubini qui sapientia, ac cæteri eodẽ modo. Sed quanquam angeli quò superiores sunt, hoc rarius à deo in ministerium aliquod mittuntur (tutellares enim quorum cuique sin-guli homines committuntur, ex infimo ordine sunt) tamen ex omnium ordine quandoq; mit-ti testatur Paulus, qui (inquit) omnes sunt ad-ministratorij spiritus in ministerium mißi pro-pter eos qui hæreditatem capiunt salutis. Atq; ob id angeli, hoc est, nuncij dicuntur. Nam angeli ex eo quòd sunt, spiritus sunt. Cuncta autem quæ in rebus insensibilibus, uel creatu-ris sensibilibus geruntur, per illos administrari qui ambigit, multum à luce ueritatis desipit. Qui etiam orationes & uota nostra dicuntur offerre deo. Non quia deum doceant, quia omnia antequam fiunt, sicut & postea quæ fa-cta sunt nouit. Sed quia eius uoluntatem su-per ijs consulunt, & quod deo iubente com-pletum esse cognouerũt, hoc nobis uel euiden-

Heb. 1.

Matt. 18.

Heb. 1.

Augus. de cognitiõe ueræ uitæ.

Aug. li. Medit.

Tob. 12.

ter uel latenter reportent. Ordinum angelorum inter cæteros sacræ scripturæ locos, est mētio apud Paulum ad Coloß. Quoniam in ipso Christo scilicet, condita sunt uniuersa in cœlis et in terra, uisibilia et inuisibilia, siue throni, siue dominatiões, siue principatus, siue potestates. Omnia per ipsum & in ipso creata sunt. Quomodo autem se habeat beatißima illa superna societas, quæ ibi sint differentiæ personarum, cum omnes generali nomine angeli nuncupentur, Augustinus se ista ignorare confitetur. Sed hactenus de tribulationibus et hostibus spiritalibus, angelisq; diximus. Deinceps arma quibus contra prædictos hostes utendum sit describamus.

Colo. 1.

In Enchiri. ad Laurentium.

Arma cõtra hostes spiritales quæ.

Quibus armis contra hostes spiritales pugnandum est, Christus ipse exemplo suo docuit. Quem cum diabolus in gulam, uanam gloriam, & auariciam inducere tentasset, ille sacram scripturam protulit qua illum refelleret, ut Matthæus & Lucas docent. Idemq; cum mœsticia & pauore afficeretur adeò ut sanguineus sudor è corpore illius in terram deflueret, ter ad deum patrem orauerat, discipulisq; suis, ne in tentationem intrarent, istuc ipsum faciundum præceperat, quod & ipse aliâs factita

Lucæ 22.

200

âs factitabat. Scientia igitur uerbi diuini, & precatio, sunt arma præcipua quibus contra hostes spiritales pugnandum est. Sanè scientia salutaribus opinionibus & præceptis cõmunit intellectum humanum aduersus tentationes. In quam sentẽtiam Psalmographus dixit. Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me. Nec enim aliunde efficatius solamen aduersus tribulationes et tentationes haberi potest, quàm ex literis sacris docente eodẽ. Nisi quòd lex tua (inquit) meditatio mea est, tunc forte perijssem in afflictione mea. Atq; ob id eloquia domini dulciora melle esse ait faucibus suis. Præterea legem dei lucernam pedibus & lumen semitis suis, quòd scilicet animum humanum literæ sacræ suauißimè pascant, in tenebrisq; uitæ huius hominibus ingredientibus tanquã fax præluceant, ne quid offendant, neue aberrent ab ea uia quæ ducit ad uitam beatam, & immortalem. Siquidem & à uitijs deterrent, et animum attentum emolliunt atq; transformant. (Vnde malleo cõterenti petram, igniq; et gladio cõparantur.) Præterea fidem, spem, charitatem, cæterasq; uirtutes edocent, ut Paulus ad Timotheum scribit. Omnis (inquit) scriptu-

Sacrarum literarum utilitas.

Psal. 22.

Psal. 118.

Iere. 23.

Heb. 4.

Ephe. 6.

2. Tim. 3.

ra diuinitus inspirata, utilis est ad docendum ad arguendum ad corripiendum, ad erudiendum in iusticia, ut perfectus sit homo dei ad omne bonum instructus. Porro precatio pura in coelum subducit affectum, in quam arcē animus humanus per fidem, spem, & charitatem sublatus si fuerit, ab hostibus spiritalibus neutiquam expugnari poterit. Quis enim est qui contra deum praeualeat? Qui si pro nobis fuerit, quis cōtra nos? futurus est autem procul dubio, si fide & spe firma, charitateq; ardente eum inuocauerimus: ut scriptura diuina docet. Propè est dominus (inquit propheta) omnibus inuocantibus eum in ueritate. Volūtatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet, & saluos faciet eos. Hoc & Christus ipse futurum pollicitus est. Omnia quaecunq; petieritis in oratione credentes accipietis. Vult autem Deus ut precemur illum, non ut doceamus quo opus sit nobis. Scit enim, ut Christus ait, quibus indigeamus antequam petamus. Verum ut inflectamus, ut familiares efficiamur interpellationis frequentia, ut humiliemur orando, utq; peccatorum nostrorum saepe recordemur, quamq; sine deo nobis non sufficiamus, sed illum datorem omnium

Precatio. Rom. 8. Psal. 144 Mat. 21. Mar. 11. CVR Deum oramus. Chris. homil. 19. in Matth. Mat. 6.

nium bonorum agnoscamus, & petendo credamus. Quae quidem dum à nobis fiunt, corda nostra serenantur ac purgantur, capacioraq; efficiuntur, ad excipienda diuina munera quae spiritaliter nobis infunduntur. Non enim ambitione precum nos exaudit deus, qui semper paratus est dare suam lucem nobis, non uisibilem sed intelligibilem & spiritalem, sed nos nō semper parati sumus accipere cum inclinamur in alia, & rerum temporalium cupiditate tenebramur. Quid autem sit oratio dicēdum est. Oratio (ut Chrisostomus describit) est colloquium cum deo. Vel, ut Augustinus, est mentis deuotio, id est, conuersio in deum, per pium & humilem affectum. Potest & sic definiri. Oratio est eleuatio mentis ad deum qua ab eo salutaria petuntur. Mentis quidē eleuatio in oratione requiritur, nam nō strepitus labiorum, sed ardens animi uotum, tanquam intentißima uox ferit aures diuinas. Cum enim deus sit spiritus, eos qui adorant eum, in spiritu et ueritate oportet adorare, inquit Christus. Qui alibi de Iudaeis loquitur. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè est à me. Hic affectus mentis si diuturnus fuerit, non est uituperandus. Nam et

Aug. li. 2. de s̄m. dñi in monte, ep̄la 121. Quid est oratio Homil. 31. in Genesin Theophi. sup̄ Matt. Ioan. 4. Matt. 15.

Lucæ 22. Matth. 6.

de Christo scriptum est, quòd pernoctauerit in orando & quòd prolixius orauerit. In affectu itaq; mentis est oratio, nō in multiloquio, docente Christo. Orantes nolite multum loqui sicut ethnici faciūt. Putant enim quòd in multiloquio suo exaudiātur.

De orādo Deo ad Probā.

Absit ab oratiōe (ait Augustinus) multa locutio, sed non desit multa precatio si feruens perseuerat intentio.

Multum loqui in orādo.

Nam multum loqui est in orando rem necessariam superfluis agere uerbis. Multum autem precari, est ad deum quem precamur diuturna & pia cordis excitatione pulsare. Siquidem plerunq; hoc negotium plus gemitibus quàm sermonibus agitur, plus fletu quàm affatu. Ponit autem lachrymas nostras in conspectu suo & gemitus noster non est absconditus ab eo qui omnia per uerbum condidit, & humana uerba non quærit. hæc ille.

Quomodo mēs in orando eleuatur ad deum.

Vt autem mens ad deum in oratione eleuetur, idq; non inutiliter, fides, spes, charitas inprimis requirūtur. Fides enim (ut ait Augustinus) credit, spes, & charitas orant, sed sine fide esse non possunt, ac per hoc & fides orat, propterea quippe dictum est. Quomodo inuocabunt in quem non crediderunt? Qui enim credit se ex seipso infirmum, & peccatis obnoxium, nec citra diuinum

In enchir. ad Laurētiū ca. 7. Roma. 10

num donum aliquid habere aut ualere. Præterea deum esse omnipotentem, misericordem, omniumq; bonorum datorem, is certè illum precabitur, neq; credens quod propheta faciundum admonet, festinabit, quin sperans expectabit. Qui enim ferre moram non potest, is neq; constantiam, neq; fidendi perseuerantiam conseruare potest. Diffidens autem, bona quæ petit non accipit. Qui enim hæsitat ait Iacobus, similis est fluctui maris qui à uento mouetur, & circumfertur, non ergo existimet homo ille quòd aliquid accipiat à domino. Præterea diffidens, grauissimas pœnas diffidentiæ luit, ut ante ostensum est ubi de fide & spe egimus.

Esaiæ 28. Iac. 1.

Charitas.

Vt autem omnia officia christiani hominis sine charitate tepent, ueluti ostensum est à nobis, cum de charitate scripsimus: ita et oratio friget maximè, nisi charitate dei, et proximi subleuetur.

Proscatalipsis.

Et ut maximè peccator precaturus has uirtutes perfectas non habeat, in primis tamen gradibus earum consistere potest. alioqui orare nō poterit, nisi forte is peccator sit qui se peccatorem non sentiat, et qui excusationes in peccatis quærat, uel qui lætatur cum male fecerit, aut qui in corde suo dixerit deum non esse. Is enim ab oratione alienus erit.

enus erit. Et quamuis has uirtutes in oratiõe
petamus, non tamen absurde has ante oratio-
nem requirimus, non quidem perfectas sed se-
Lucæ 17. minaria illarum. Quemadmodum et aposto-
li Christum rogarunt dicentes. Domine adau-
Ieiuni- ge nobis fidem. Sunt autem duo opera quæ
ũ eleemo- orationi commode iunguntur, & ad orandum
syna. homines expeditiores faciunt, si tamen in fide
& charitate fiant, ieiunium & eleemosyna.
Tob. 4. Bona est (inquit Tobias) oratio cum ieiunio et
eleemosyna, magis quàm thesauros auri recõ-
dere. Nec Christus temere hæc tria, ieiunium,
Matth. 6. eleemosynam, & orationem, apud Mathæum
coniunxit. Et Esaias quinquagesimo octauo.
Cum enim oratio est ascensus mentis ad deum.
Lucæ 21. Crapula autem & ebrietate corda grauãtur,
fit ut non poßint homines uentri dediti in de-
um respicere, seu in oratione uigilare. Dein-
de si quis habuerit substantiam huius mundi,
& uiderit fratrem suum neceßitatem habere,
1. Ioan. 3. & clauserit uiscera sua ab eo, quomodo cha-
ritas dei manet in eo? Et qua tandem fronte
is uiscera misericordiæ dei implorabit, qui ui-
scera fratri clauserit. Eleemosynam & ieiu-
In psal. 82 nium duas alas orationis esse dicit Augustinus
Salutaria quibus ad deum uolat. Salutaria autem pe-
petenda. tenda

tenda sunt à deo ut in definitione oratiõis di-
ctum est. Nam nisi salutaria fuerint quæ pe-
tuntur, ea petentes non consequuntur, docente
Iacobo. Petitis, et non accipitis, eò quòd ma- Iac. 4.
le petatis, ut in concupiscentijs uestris insum-
matis. Quod si quando accipiũtur ea quæ cõ- Augsti. ad
cupiscentiæ respondeant, id cum periculo & probam.
detrimento petentium fit quemadmodum Iu-
dæis concupiscentia carnis inardescẽtibus de- Nume. 11
dit deus petitionem ipsorum, & misit saturi- Psal. 77.
tatem in animas ipsorum, sed expleta concu-
piscentia, impatientia est grauiter castigata,
quoniam adhuc escæ erant in ore ipsorum &
ira dei ascendit super eos. Atq; eam ob cau-
sam fit ut licet illa bona esse uideantur quæ pe-
tuntur, deus tamen non exaudit quòd magis
nostra referat, ut non exaudiamur. Sicut Pau
lo accidit. Cum enim ter rogasset dominum,
ut auferatur ab eo spiritus sathanæ qui illum
colophizabat, audiuit responsum. Sufficit tibi
gratia mea. Nam uirtus in infirmitate perfi-
citur. Quod igitur nonnullis impatientibus
dominus petitum conceßit iratus, apostolo cõ-
tra negauit propitius. Plerunq; autem deus
differt precaturis, ut congruo tempore det, id
quod ante ostensum est ubi de spe egimus.

Quamuis

Quamuis autem oratio dicitur precatio quâ
Orató à deo bona postulantur, tamen oratio esse di-
pro grati- citur & gratiarum actio, ueluti Anna orare
arũ actiõe dicitur, pro gratias agere primi Regum capi-
te primo. Quin & orare dicitur, qui benefa-
Ecclesi. 35 cit iuxta illud Sapientis Hebræi. Deprecatio
pro peccatis, recedere ab iniusticia. Qui cõ-
seruat legem, multiplicat orationem. Sed &
August. in desyderium ante deum (ait Augustinus) ora-
psal. 37. tio est, etsi continuum desyderium, cõtinua o-
ratio est. In quam sententiam, uidetur dixisse
1. Thes. 5. Paulus. sine intermissione orantes.

Orató Cum autem multæ sint orationes, una tamẽ
dñica cur est quæ dominica dicitur, quòd eam Christus
dicta. Iesus dominus noster docuerit, qua quidẽ spe-
cies orationis comprehenduntur, quibus deum
interpellamus aut pro appetendis bonis, aut
Augustin. pro uitandis malis, aut pro delendis cõmissis.
Et licet alijs uerbis eadem quæ in ea continẽ-
tur petere liceat, non tamen alia. Atq; ob id
Diuisi cæteris iure præferenda est. Constat domini-
o oratiõis ca oratio, procemio, & septem petitionibus.
dominicæ.

Procemium est.

Pater noster, qui es in cœlis.

In quo charitatis dei in nos, nostræq; in il-
lum, &

lum, & in proximos admonemur. Dei quidẽ
charitatis in nos admonemur, cum patrem ap-
pellamus. Nunquid enim (ait dominus apud
Esaiam) obliuisci potest mulier infantis sui, ut Esa. 49.
non misereatur filio suo? ita & deus cum Pa-
ter noster sit, quomodo suos unicè non amat,
fouet, cõplectitur? Imo infinitis partibus plus.
Est enim pater misericordiarum & deus toti-
us consolationis. Ac proinde apud prophetã 2. Cor. 1.
eundem subijcit. Etiamsi mulier fuerit oblita
pueri sui, ego tamen tui non obliuiscar. No-
stra uero charitas in deũ excitatur supplexq;
affectus, cum filios dei, qui sumus homines, nos
esse profitemur, patrem deum appellantes.
Quid enim filijs charius patre esse debet? Et
certè magna cura eius tangit animum qui di-
cit. Pater noster, ut tanto patre non sit indi-
gnus, ne illud audiat, quod Iudæis dictum est. Esa. 1.
Filios exaltaui & enutriui, ipsi autem spreue-
runt me. Et illud. Vos ex patre diabolo e- Ioan. 10.
stis, & desyderia patris uestri uultis facere.
Eo uero quòd pater noster à nobis dicitur,
charitas proximi omnium bonorum mater in- Chrysost.
troducitur, & humanarum rerum inæqualitas in Matth.
prorsus expellitur, & mira regis cum pau-
pere æqualitas honoris, quantum ad spiritua-
lia ostendi-

lia ostenditur. Cunctis enim unam atq; eandē nobilitatem donauit deus, cum omnium pater uocari dignatus est. Cum igitur pater noster dicis, admoneris eo ut pro communi corpore preces fundas, & ubiq; non tam propria cō-moda, quàm proximorū petas, omnesq; quasi fratres unius patris habeas. De qua re pro-
Malac. 2. pheta Malachias ita loquitur. Nunquid non pater est unus omnium nostrum? Nunquid nō deus unus creauit nos? quare ergo unusquisq;
Chrisosto. despicit fratrem suum? Quòd autem pater no-
in Matth. ster in cœlis esse dicitur, non eo dicto ibi con-
Iere. 23. cluditur. Cœlum enim (ut ipse apud Ieremiam ait) & terram implet. de qua re ante plenius à nobis dictum est, sed eo animus orantium à terris abducitur, & supernis habitaculis ac regionibus excelsis affigitur. Patria igitur eo dicto ostenditur ac domus paterna in qua deus se contemplandum suis non sine summa uolu-ptate præbet. Patrem igitur deum si habere uelis, terrenis ne inhæreas. Præterea eius po-tentiam expende qui in talibus sedibus se in-spicere concedit. Præter hanc autem charita-tis in ..ente orantis, procemio orationis do-minicæ, excitationem inijcitur fides, spesq; im-
Aug. ser. petrandi. Quid enim iam non det filijs pe-
..2 de tpe tentibus

tentibus pater, qui iam hoc ipsum dedit, ut es-sent filij? Quis ex uobis (ait Christus) patrem Lucæ 11. petit panem, nunquid lapidem dabit illi? aut piscem, nunquid pro pisce serpentem dabit il-li? aut si petierit ouum, nunquid porriget illi scorpionem? Si ergo uos cum sitis mali, nostis bona dare filijs uestris, quanto magis pater ue-ster cœlestis dabit spiritum bonum petentibus se. Iam quis diffidat & desperet, se obtentu-rum petita qui deum patrem habeat, utpote omnipotentem, ueracem & cunctorum bono-rum datorem. ac proinde dictum est. Nolite Matth. 23 uocare uobis patrem super terram, unus est enim pater uester qui in cœlis est. Est autem deus pater noster in summa: Partim per crea-tionem & curam dicente propheta. Nun- Mala. 2. quid non pater unus omnium nostrum? nun-quid non unus deus creauit nos? Partim pro-pter gratiæ adoptionem & christianismum. de quo Ioannes. Dedit eis potestatem filios Ioan. 1. dei fieri ijs qui credunt in nomine eius. Sed hactenus de procemio orationis dominicæ di-ctum est, nunc petitiones explanandæ sunt. Augustin. Septem petitionum orationis dominicæ primæ tres pertinent ad æternitatem, atq; ob id pri-mo loco ponuntur, quòd scilicet sint æterna

Diuisio petitionum orationis dominicæ.

priora dignitate, reliquæ uero quatuor ad præsentis uitæ necessitatem, si quidẽ hæc post hanc uitam cessabunt, illa uero mansura unt. Est autem prima petitio.

Prima petitio.

Sanctificetur nomen tuum.

Hac petitione precamur ut dei ueri nomen (quod sanctum semper fuit, et est, adeò ut nulla illi sanctitas noua aut maior accidere poterit) cognoscatur, celebretur, laudetur, legitimeq; ab omnibus hominibus adoretur. In quã sentẽtiam est illud Psalmographi. Confiteantur tibi populi deus, Confiteantur tibi populi omnes. Item illud Christi. Sic luceat lux uestra çoram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum qui in cœlis est. Sicut enim blasphematur nomen dei per malorum uitam, iuxta illud Pauli. Nomẽ dei per uos blasphematur inter gentes: ita cõtra propter bonos glorificatur, hoc est, ut sanctum celebratur, quod quidem nõ deo, sed hominibus prodest. Cum autem omnia hac ratione condita sunt ut agnoscatur & glorificetur deus, iure hæc petitio prima posita est.

Psal. 66.
Mar. 5.
Rom. 2.
Ratio ordinis.

Secunda petitio est.

Adueniat Regnum tuum.

Precamur hac petitiõe ut regnum dei nobis etiam ueniat, nam illud, siue petamus siue non, sanctis ueniet. Petimus igitur ut nos quoque regni dei simus participes. Regnum dei duplex est. Vniuersale & particulare. Vniuersale est, quatenus illius potentiæ omnia in cœlo, & in terra, & in omnibus abyßis subiecta sunt. de quo Psalmographus. Regnum tuum, regnum omnium sæculorum, & dominatio tua in omni generatione & generationem. Hoc igitur non petimus ut ueniat, solum in prima petitiõe petimus ut innotescat. Particulare regnum dei est duplex, gratiæ et gloriæ. Primum non est aliud nisi liberatio spiritualis cordium à peccato ac gubernatio animorum & conscientiarum nostrarum. de hoc est illud Christi apud Lucam. Regnum dei intra uos est. Et in Apocalypsi. Fecisti nos regnum deo nostro. Diuiditur autem regnum gratiæ bifariam. in priuatũ & publicum: Illud obtinet Christus, in quoslibet quos per fidem regenerauit & iustificauit. de quo est illud Pauli. Regnum dei est gaudium iusticia et pax in spiritu sancto. Publicum uero regnum gratiæ, est ecclesia militans, de quo Christus. Mittet angelos suos, & colligẽt de regno eius

Augus. ad Probã & ßmo. 136. de tẽpore
regnũ Dei quotuplex.
Psal. 144
Lucæ 17.
Apoca. 5.
Roma. 14
Mat. 13.

omnia scādala. Regnum uero gloriæ, est se-
Mar. 25. des cœlestis. de quo Christus. Venite benedi-
cti patris mei percipite regnū quod uobis pa-
ratum est ab origne mundi. Item. qui facit
uoluntatem patris mei qui in cœlis est, hic in-
trabit in regnum cœlorū. Petimus igitur hac
petitione, ut regnum cœleste adueniat nobis.
Hiero. super Mat. Etsi non desint qui hac petitione etiam regnū
gratiæ à deo postulari dicant, ut scilicet deus
quos semel ad sui agnitionem uenire, & à sa-
thanæ tyrannide liberos esse uoluit, regere eti-
am ac gubernare dignetur, ut in sanctitate &
iusticia illi seruientes cunctis diebus suis, in re-
Ratio ordinis. gnum tandem gloriæ perueniant. Cum autē
hac ratiōe homines gignantur ut deum agno-
scant, agnitum ament & legitimè colant, po-
steaq; cœlestem patriam consequantur, recte
hæc petitio secunda ponitur.

Tertia petitio est.

Fiat uoluntas tua sicut in cœlo & in terra.

Augus. ad Probam. Theophi. sup Matt. Qua precamur nobis obedientiam à deo,
ut sic fiat in nobis uoluntas eius quemadmo-
dum fit in cœlis ab angelis. Sensus igitur pre-
cationis est. Sicut angeli faciunt uoluntatem
tuam,

tuam, ita & nobis eam da facere. Nam sine Ioan. 15.
deo nihil facere possumus. Qui, ut Paulus ait, Philip. 2.
operatur in nobis uelle & perficere pro bo-
na uoluntate. Sed ea de re latius ubi egimus
de libero arbitrio, & de causis efficientibus fi-
dei & prædestinatione. Petimus autem in hac
petitione etiam in aduersis uoluntatē nostram
uoluntati diuinæ conformari. Quod et Chri-
stus patrem orans fecit dicens. Pater si possi- Matt. 26.
bile est transeat à me calix iste, uerumtamen
non sicut ego uolo, sed sicut tu. Secunda peti- Ratio ordinis.
tione petitur aduentus cœli, ut pote in quibus
summa & æterna beatitudo futura sit, tamen
& antequam superna illa præstetur habitatio,
cœlestia nobis sentienda sunt & agenda, ut il-
luc perueniamus iuxta illud Pauli. Nostra cō- Phil. 3.
uersatio ir cœlis est, unde etiam expectamus Chrys. Homilia xx. in Matth.
saluatorem dominum nostrum Iesum Christū.
Proinde hæc petitio nō ineptè tertio loco po-
nitur. Atq; hactenus de tribus petitionibus
quæ ad æternitatem pertinent.

Quarta petitio est. (Quarta petitio.)

Panem nostrum quotidianū da nobis hodie.

Hac petitione petuntur temporalia ad ui-

tam præſentem degendam neceſſaria, ut eſt ui-
ctus, amictus, & cætera id genus. Quæ quidē
nō labori et ſolicitudini magis tribuenda eſſe,
quàm benedictioni dei, atq; ob id cum gratia-
rum actione percipiēda eſſe, hæc precatio do-
cet, qua uel ob id agnoſcendum utimur. In ui-
ta autem præſenti neceſſaria hæc eſſe, nemo
Eccle. 29. eſt qui non uideat. Hinc illud ſapiētis Hebræi.
Initium uitæ hominis panis & aqua & ueſti-
mentum, & domus protegens turpitudinem.
Ea autem à deo dari teſtatur ſcriptura. Ocu-
Pſal. 144 li omnium (inquit Pſalmographus) in te ſpe-
rant domine, & tu das illis eſcam in tempore
Pſal. 146 opportuno. Item. Qui operit cœlum nubibus
et parat terræ pluuiā. Qui producit in mon-
tibus fænum & herbam ſeruituti hominum.
Pſal. 103. Qui dat iumētis eſcam ipſorum, et pullis cor-
uorum inuocantibus eum. Et alibi. Omnia à
te expectant ut des illis eſcam in tempore,
Dante te illis colligent, aperiente te manum
tuam, omnia implebuntur bonitate. Quod ue-
ro dicitur in petitione. Panem noſtrum quo-
tidianum, eo adimitur ſtudium ſumptus & de-
Rom. 13. liciarum. Nam (ut Paulus admonet) carnis cu
ra non facienda in deſyderijs. In hunc modū
Prou. 30. & Solomonem poſtulaſſe legimus. Mendici-

tatem & diuitias ne dederis mihi, tribue tan-
tum uictui meo neceſſaria, ne forte ſaciatus il-
liciar ad negandum & dicam, quis eſt domi-
nus: aut egeſtate compulſus furer & periurē
nomen domini. Hinc et illud Pauli. Nihil in- 1. Tim. 6.
tulimus in hunc mundum, haud dubium quòd
nec auferre quid poſſumus, habentes autem a-
limenta, & quibus tegamur his contenti ſimus.
Atq; ob id hac precatione petimus panem
ἐπιούσιον, hoc eſt, qui ſubſtantiæ & conſtitu- Theophi.
tioni noſtræ ſufficit, quæ ſanè non multis eget.
iuxta illud Chriſti. Videte & cauete ab a- Lucæ 12.
uaricia quia non in abundantia cuiuſquam ui-
ta eius eſt ex ijs quæ poßidet. Ἐπιούσιον uo-
cabulum poſitum in hac petitione (quod com-
poſitum eſt ab ἐπὶ præpoſitione, id eſt ſupra,
& οὐσία, id eſt, eſſentia ſeu ſubſtantia) uerte-
runt quidam superſubſtantialem, alij quotidia-
num, quo uocabulo doceri aliqui aiunt, ne u- Homil. 19.
no die cibum ſinguli conſumamus qui pluribus in Matth.
diebus ſufficere poßit, alioqui quotidianus nō
erit. Porro noſtrum additū aiunt propter du-
as rationes. Prima quòd Deus det non nobis
ſolum ſed etiam alijs per nos ut impotentibus
impartiamur. Altera, ut iuſtis rationibus non
ui, non fraude neceſſaria uitæ conquiramus.

Nam ea ratione non nostra erunt sed aliena. Porro particula hodie in precatione adiecta, tollit solicitudinem de crastino. Ac proinde Christus ibidem subdit. Ne sitis in crastinum soliciti, nam dies crastinus curam habebit sui ipsius, sufficit sua diei afflictio. hoc est, satis malorum affert ipsum tempus ut non affligamus nosmetipsos solicitudine futurorum. Videtur autem hic non uetari præparatio necessariorum in futurũ, uerum solicitudo. Nam et Christus ipse legitur habuisse Iudam procuratorẽ loculos habentem, in quibus pecunia pro cóemendis necessarijs conseruabatur. Quemadmodum solicitudinem tollit non laborem, ut putarunt Maßeliani, cum diceret. Ne sitis soliciti animæ uestræ quid esuri sitis aut bibituri. neq; corpori uestro quibus induamini. Nam
Gene 3. protoplasto dictum est à deo. In sudore uultus tui uesceris pane donec reuertaris in terram.
Ephe. 4. Et Paulus præcipit, ut laboremus operando manibus suis quod bonũ est, ut habeamus unde tribuamus neceßitatem patienti. Aliud autem est solicitudo, aliud operatio. fieri enim potest ut solicitus non sit, qui operatur. Quod si nemo solicitus (ut Christus ait) potest addere ad
Matth. 6. staturam suam cubitũ unum. Certè frustra nos solicitudi-

solicitudine rerum cruciamur, cum ne id quidẽ quod minimum est facere possumus. Laborãdum ergo est, solicitudo tamen in deum proijcienda docente Petro. Omnem solicitudinem 1. Pet. 5.
proijcientes in Deum quoniam ipsi est cura de uobis. Porro labor ita cum fructu futurus est si primum regnum dei quæsierimus & iusticiam eius, hortante Christo. Quærite primum regnum dei, & omnia adijcientur uobis. Non Aug. ßm.
desunt qui panis supersubstãtialis nomine in 182. d' tpe
hac precatione intelligunt corpus Christi, præterea uerbum dei: quæ utraq; panis nomi Hieron. in
ne in sacris literis appellantur. Mattheũ.

Quinta petitio est. Quinta petitio.

Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

Oẽs sumꝰ peccatores.

3. Regũ 8. Non est homo qui non peccet, ait Solomõ, cuius sententiæ & Ioannes subscripsit. Si di-
1. Ioan 1. xerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus & ueritas in nobis non est.

Cócupiscentia.

Concupiscentia enim à culpa genitali profecta ad malum solicitans, in natura humana radices egit altius, quàm ut planè in uita hac euelli poßit.

Prou. 20. li poßit. Qua fit ut nemo dicere poßit, mun-
Mar. 2. dum est cor meum, purus sum à peccato. Pec-
cata autem nemo dimittere potest, nisi solus
Esa. 43. deus. De qua re apud Esaiam ad eum modum
loquitur. Ego sum, ego sum ipse qui deleo i-
niquitates uestras. Hac igitur petitione ora-
mus nobis dimitti à deo peccata nostra quæ hic
debita uocantur (ut apertißimè colligitur, ex
eadem petitione à Luca scripta) quòd scilicet
ita pœnæ luendæ obnoxius sit peccator, sicut
debitor solutioni eius quod debet. Quid au-
tem sit peccatum, & quotuplex, ante osten-
sum est ubi de peccato egimus.

Peccata cur debita uocentur.

Quod uero adiectum est in petitione hac.
Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.
ostenditur ita nos à deo gratiam remißionis
consecuturos, si ex corde debita in nos com-
missa proximo dimittamus. Id quod Christus
aperte docet. Si nõ dimiseritis (inquit) homi-
nibus, nec pater uester dimittet uobis peccata
uestra. Quod et parabola memorabili decla-
rauit de seruo, cui, licet dominus dimisisset to-
tum debitum, ille tamẽ noluit misereri conser-
ui sui pauca sibi debenti, qui propterea iussus
est tradi tortoribus quoadusq; redderet uni-
uersum debitum. Diligendi ergo sunt Christi-
anis

Quomõ à Deo remißionẽ peccatorũ cõsequimur. Mat. 18. — Mat. 6.

Inimici diligendi.

anis inimici ut Christus admonet, benefacien- Mat. 5.
dum ijs qui illos oderunt, orandum pro perse-
quentibus, ita enim, dicente eodem, erunt filij
patris qui in cœlis est qui solem suum oriri fa-
cit super bonos & malos & pluit super iustos
et iniustos. Si enim (ut subdit) diligitis eos qui
uos diligunt, quam mercedem habetis? nonne
et publicani hoc faciũt? Etsi salutaueritis fra-
tres uestros tantum, quid amplius facietis? nõ-
ne & ethnici hæc faciunt. Estote ergo & uos
perfecti, sicut & pater uester cœlestis perfe-
ctus est. Cæterum hic locus orationis domi- Proscatalipsis.
nicæ, et similes in euangelio uindictam prohi-
bentes, intelligendi sunt de priuata uindicta,
non de publica quam exercet magistratus, quẽ
& Paulus ministerium dei appellat, neq; sine Roma. 13.
causa gladium gestare dicit. dei enim minister
est (inquit) uindex in iram ei qui malum agit.
Auxilium igitur magistratus ad propellendam
uim priuatam qui implorant, non peccant.

Et ne nos inducas in tẽtationẽ. Sexta petitio.

Petimus hac petione, ne patiatur nos deus
tentari & à tentatione superari. Non autem
per seipsum inducit deus in tẽtationem, sed in-
duci permittit, quem suo auxilio deserit ordi-
ne occul-

Deus non inducit in tentationẽ.

Aug. li. de ſmo. dñi in monte. ne occultiſsimo ac meritis (ut Auguſtinus inquit) cauſis etiam ſæpe manifeſtis dignum iudicat ille quem deſerat, & in tentationem induci ſinat. Ea de re uerboſius ubi de prædeſtinatione egimus.

Tentatio duplex

Aug. li. 2. de cõſenſ. Euan.

Eſt autem tentatio duplex. Seductionis & probationis, de prima eſt illud Iacobi. Nemo cum tentatur dicat quoniam à deo tentatur. Deus enim intentator malorum eſt: ipſe enim neminem tentat. Vnuſquiſq; uero tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus & illectus. Deinde concupiſcentia cum cõceperit, parit peccatum, peccatum uero cum conſumatum fuerit, generat mortem. De ſecunda eſt illud: tentat uos dominus deus ueſter ut ſciat ſi diligatis eum. Beatus uir (inquit Iacobus) qui ſuffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam uitæ, quam repromiſit deus diligentibus ſe. Cur autem tentationes deus permittat, paulo ante oſtenſum eſt.

Deute. 13. Iac. 1.

Septima petitio

Sed libera nos à malo.

Malũ duplex. Aug. de liber. arbit. lib. 1.

Duobus modis appellare ſolemus malum, uno cum male quenquam feciſſe dicimus, quod malum culpæ dicitur. alio cum mali aliquid eſſe perpeſſum, id malum pœnæ appellatur. De

eo illud eſt intelligendum. Si erit malum in ciuitate quod dominus non fecerit? Precamur igitur hac petitione potiſsimum ut nos deus à malo pœnæ præſentis & futuræ liberet. Amos 3.

Amen

AMEN particula in fine precationis poſita, eſt ratum fore precantis. Atq; hactenus de interpretatione orationis dominicæ dictum ſit, in qua præmiſſo principio, petimus primo honorem dei, & gloriam apud omnes fieri. Deinde in tribus petitionibus ſequentibus poſtulamus conferri nobis bona triplicia. Maxima quidẽ quæ ſunt cœleſtia bona. Media autem quæ ſunt ſpiritalia bona ut ſunt uirtutes & executio mandatorum dei. Minima uero, quæ ſunt temporalia bona ad corporis ſuſtentationem neceſſaria. Poſtremo petimus auferri à nobis triplicia mala. Maxima quidem quæ ſunt peccata à deo nos ſeparantia. Media autem quæ ſunt tentationes ad peccatum allicientes. Minima uero incommoda corporis & animæ. Corporis quidem ut ægrotatio iactura bonorum temporalium. Animæ autẽ ut triſticia, & cætera id genus. Sed ad contextum Scopi biblici reuertamur.

Epilogus orationis dominicæ.

Spiritum ſuum ſanctum. &c.

De spiritu sancto egimus in annotationibus de deo. Dona autem spiritus sancti (ut de illis pauca dicamus) numerantur: Sapientia, intellectus, consilium, fortitudo, scientia, pietas, timor domini. de his ita Esaias. Et requiescet super eum spiritus domini, Spiritus sapientiæ, & intellectus, Spiritus consilij & fortitudinis, Spiritus scientiæ, & pietatis, & replebit eum spiritus timoris domini.

Esa. 11.
Dona spũs sancti.

Antichristus.

Hominem peccati. Periphrasis est Antichristi ex capite secundo epistolæ secundæ Pauli ad Thessalonicenses accepta quem ita Paulus depingit. Ne quis uos seducat ullo modo, quoniam nisi uenerit discessio primum, et reuelatus fuerit homo peccati filius perditionis, qui aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur deus, aut quod colitur. Quibus uerbis indicat Paulus non uenturum dominum ad iudiciũ, nisi prius antichristus uenerit, quẽ, ut Chrysostomus, ait appellat ἀποστασιαν, hoc est, defectionẽ seu discessionem, tanquam plurimos perditurum & abducturũ. Quamuis aliqui intelligant hoc loco defectionẽ eam quæ sit à Romano imperio, nõ quòd statim uẽturus sit post eam, sed quòd nõ ante. Vel defectionem

Chrys. Homil. 3. in 2 epi. Thes.

ctionem ab uniuersali ecclesia, & fide catholica. Hominẽ autem peccati uocat, antichristũ quòd innumera mala perpetrabit & instituet alios quoq; ut perpetrẽt. Porro filium perditiõis uocat quòd & ipse perdetur. Indicat autem Paulus quòd non tantum ueri dei cultum, sed & omnẽ alterius præterquam sui idololatriam sublaturus sit. De potentia antichristi, Danielis septimo capite, inter cætera scribitur. Aspiciebam & ecce cornu illud faciebat bellũ aduersus sanctos, et præualebat eis, donec uenit antiquus dierum & iudicium dedit sanctis excelsi, & tempus aduenit, et regnũ obtinuerunt sancti, & cætera. De hac potentia et incremento antichristi, & Paulus ita scriptũ reliquit. Cuius aduentus secundum operationem sathanæ in omni uirtute, & signis, & prodigijs mendacibus & in omni seductiõe iniquitatis ijs qui pereunt. Additq; causam aduentus antichristi dicens. Eo quòd charitatem ueritatis nõ receperunt, ut salui fierent, ideo mittet illis deus operationem erroris: ut credant mendacio ut iudicentur omnes qui non crediderunt ueritati?, sed consenserunt iniquitati. Hunc aduentum antichristi eiusq; deceptionẽ notat Christus (ut refert Chrysostomus, et Augusti-

Homo peccati antichristus cur.

2. Thes. 2.

2. Thes. 2.

Homi. 40 in Ioannẽ

Ioan. 5. gustinus) uerbis illis apud Ioannem. Ego ueni in nomine patris mei, & non accepistis me, si alius uenerit in nomine suo, illum accipietis.

4. Regũ 2 Porro diem iudicij anteuertet & Elias propheta, quem sacra scriptura curru igneo de rebus humanis raptum testatur, qui quidem Iudæos conuersurus est ad Christum, Iuxta uaticinium Malachiæ.

Eliæ aduentus.

Malac. 4. Ecce ego mittam uobis Eliam prophetam antequam ueniat dies domini magnus & horribilis, & conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum, hoc est, efficiet ut sic intelligant legem filij. id est Iudæi quemadmodum patres eam intellexerunt, id est, prophetæ.

Aug. libro de ciuita. Dei. De hoc aduentu Eliæ Christus apud Mattheũ ex sententia scribarum discipulis interrogantibus, de Eliæ aduentu ait.

Matt. 17. Elias quidem uenturus est & restituet omnia.

Resurrectio mortuorum.

Mortui resurgent. &c. Articulus hic sublimior est quàm ut humana ratione attingi possit, cui alienum à uero uidetur, ut corpora quæ uel bestia uel ignis absumpsit, uel in puluerem collapsa & in humorem soluta, eadem resuscitentur.

Act. 17. Vnde Paulus cum Athenis (ubi omnis humanæ sapientiæ arx erat) resurrectionem

surrectiõem mortuorum prædicasset, spermologus appellatus & à sæculi sapientibus irrisus. In hoc igitur arduo fidei nostræ articulo captiuandus intellectus scripturæq; diuinæ assentiendum quæ hoc futurum prædixit. In tẽpore illo (ait Daniel) saluabitur populus tuus omnis qui scriptus fuerit in libro uitæ, et multi de his qui dormiunt in puluere terræ euigilabunt, alij in uitam æternam alij in opprobrium. Qui autẽ docti fuerint fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iusticiam erudiunt plurimos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Particula autem multi apud prophetam posita, notat omnes. ponit enim scriptura aliquando pro omnibus multos id quod Augustinus probat.

Daniel. 12

Aug. c. 23. lib. 20. ciuit. Dei.

Et Iob. Scio quòd redẽptor meus uiuit, & in nouissimo die de terra resurrecturus sum, & rursum circũdabor pelle mea & in carne mea uidebo deum saluatorem meum, quem uisurus sum ego ipse et oculi mei conspecturi sunt, & non alius, reposita hæc spes in sinu meo.

Iob 19.

Et Paulus. Si in hac uita tantum, in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Nunc autem Christus resurrexit primitiæ dormientium, quoniam quidem per hominem mors et

 per

per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes uiuificabuntur. Id quod futurum iudicarunt etiam illi qui tempore paßionis Christi surrexerant. Multa (inquit Matthæus) corpora sanctorum qui dormierant, surrexerunt, & exeuntes de monumentis post resurrectionem eius, uenerunt in sanctam ciuitatem & apparuerunt multis. Quod si noua corpora deus creare potest, cui dubiũ quin & hæc corpora ad immortalitatẽ restituere poßit? Qualia autem corpora post resurrectionem futura sunt, docet Paulus. Sed dicet aliquis quomodo resurgunt mortui? Quali autem corpore uenient? insipiens tu quod seminas, non uiuificatur nisi prius moriatur. Et quod seminas: non corpus quod futurum est seminas, sed nudum granum, ut puta tritici, aut alicuius cæterorum. Deus autem illi dat corpus sicut uult, et unicuiq; seminum propriũ corpus. Et paulo post. Alia claritas solis, alia claritas lunæ, & alia claritas stellarum. Stella enim à stella differt in claritate, sic & resurrectio mortuorum. Quibus uerbis Paulus, propter eos quĩ de corporis resurrectione dubitabant uidentes ea in terra putrefieri, exemplo grani docet nõ

Matth. 27

Aug. l. 22. de ciui. dei cap. 20.

Corpa q̃lia post resurrectionem.

1. Cor. 15.

Explanatio uerborũ par. nuli.

prius

prius resurrecturum corpus ad immortalitatis fructum nisi prius in terra mortuum fuerit, sicut ad frugem granum euadere nequit non ante mortuum. Deinde exemplo corporum cœlestium, quorum alia clariora sunt alijs, docet in resurrectione iustorum, futura illorum pro diuersis meritis diuersa præmia. Quæ autem dotes corporũ post resurrectionẽ erunt, docet ibidem. Seminatur inquit, in corruptione, surget in incorruptione. Seminatur in ignobilitate, surget in gloria. Seminatur in infirmitate, surget in uirtute. Seminatur corpus animale, surget corpus spiritale. Quibus uerbis Paulus enumerat quatuor dotes corporũ post resurrectionem futuras, incorruptionem: gloriam, hoc est pulchritudinem: uirtutem, hoc est, potestatẽ, ut ubi uolet spiritus, ibi & corpus protinus erit. Postremo ex animali, hoc est, mortali, quod scilicet iræ, tristiciæ, esuriei, siti, & cæteris animæ corporisq; effectionibus est obnoxium, erit corpus spirituale, id est, immortale & nullis iam huiusmodi terrenis effectionibus subditum. de qua re & Christus ad eũ modum loquitur. In resurrectione neq; nubẽt neq; nubentur, sed sunt sicut angeli dei in cœlo. Et alibi. Iusti fulgebunt sicut sol in regno

Dotes corporum post resurrectionem quæ erũt.

Photius.

Matt. 22.

Mat. 13.

patris

patris eorum. Quamuis autem omnium cor-

Cyrillus. pora immortalitatis induta gratiam resurgẽt, non omnes tamen immutabuntur, sed inhonori permanebunt impij, soli uero immutabuntur

1.Cor.15. iusti. Id quod Paulus innuit cum dicit. Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur, in momento, in ictu oculi, in nouißima tuba (canet enim tuba) & mortui resurgent incorrupti & nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc, induere incorruptionem: & mortale hoc induere immortalitatẽ. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem, tũc fiet sermo qui scriptus est. Absorpta est mors

Oseæ 13. in uictoria, ubi est mors uictoria tua? ubi est mors stimulus tuus?

Sedebit in maiestate sua iudicaturus. &c.

Iudicium uniuersale. Cum indiscreta omnia ferè in hac uita cernantur, cõsentaneum est iudicium quandoq; bonorum & malorum futurum, ac cuiq; pro meritis tribuendum ex diuina iusticia. Quod & conscientia humana indicat. cuius uis ea est, ut non timeant qui nihil commiserunt, et pœnam semper ante oculos uersari putent qui peccarint. Hinc factum

Sentẽtia gẽtiliũ de iudicio extremo. est ut & gentiles cogitatiõibus proprijs instincti, no-

cti, nostraq; lõgius odorati, futuri iudicij um-

Chry. li. 2. cõtra uitu p: monast: uitæ. bram quandam atq; imaginem expresserunt, inde elysius campus, inde beatorum insulæ, inde tartari mentio. Eius iudicij euidentißima in literis sacris extant uaticinia: Inter cætera est illud Ecclesiastis. Cuncta quæ fiunt adducet deus in iudicium, pro omni abscondito siue

Eccle. 12.

bonum siue malum sit. Et Esaiæ. Dies domini exercituum super omnem superbum & excelsum. Et alibi. Quia ecce dominus in igne

Esa. 2.

Esa. 66. ueniet, & quasi turbo quadrigæ eius reddere in indignatione furorem suum, & increpationem suam in flamma ignis. quia in igne dominus dijudicabit. & cætera. Et Malachiæ.

Mala. 4. Ecce dies ueniet succensa quasi caminus, & erunt omnes superbi, & omnes facientes impietatem, stipula. Hunc diem ibidem uocat Malachias magnum & horribilem. Pauli item.

2.Cor.5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi ut referat unusquisq; propria corporis prout geßit siue bonum siue malum. Christi item apud Matthæum. Dico autem uobis, quo-

Matt. 12. niam omne uerbum ociosum quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij. Scire autem uelle tempus aduẽtus domini nihil aliud uidetur, quàm scire uelle quod

Tẽpus iudicij uniuersalis nulli crea-

turæ cognitum. dominus ait scire neminem posse. dicit etenim. Mat. 24. De die autem illo et hora nemo scit ne angeli quidem in cœlo nisi solus pater. Sicut autem in diebus Nóe, ita erit & aduentus filij hominis. Sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes & bibentes, nubentes usq; ad eum diem quo intrauit Nóe in arcam, & non cognouerunt donec uenit diluuiũ & tulit omnes: ita erit & aduentus filij hominis. Voluit autẽ dominus hunc diem aduentus sui esse ignotum: quin et finem uitæ nostræ, ad excitandum nos, quò semper in officio simus & in ea, in qua uocati sumus, uocatione parati inueniamur. Nam si constaret quo tempore mors obeunda esset, plurimi inuenirentur qui bachanalia uiuentes, ratiõem bene uiuendi in longum tempus differrent. Appetente autem morte mœrore & terrore permoti & concußi ad obeunda munia hominis inepti redderentur.

CVR Deus diẽ iudicij extremi ignotũ uoluit et tẽpus mortis.

Viui quos Dñs iudicabitq intelligẽdi Augu. de dogm. ec.

Viuorum autem nomine quos dominus iudicaturus est intelligendi qui in aduentu Christi supererunt subito morituri & reuicturi. Quamuis non desunt aliqui qui sentiant eos, anima manente in corpore, immutandos ad incorruptionem & immortalitatem, hocq; eis reputari pro resurrectione. Mortuorum uero hi qui

Aug. d'fid. & sym.

hi qui ab Adam usq; in eum diem defuncti sunt, reuicturi tamẽ subito. De qua re ita Paulus. Nos qui uiuimus qui residui sumus (in persona loquitur eorum qui tũc uiuent) in aduentum domini, nõ præueniemus eos qui dormierunt (translatione scilicet ad gloriam. quoniam & qui antea mortui sunt, & si qui tunc uiui reperientur una obuiam Christo prodibũt glorificandi) quoniam ipse dominus in iussu et in uoce archangeli & in tuba dei descendet de cœlo, & mortui qui in Christo sunt (hoc est qui olim in Christo mortui sunt) resurgent. Primi (non tempore sed merito & dignitate respectu damnatorum ut aliqui interpretantur.) Deinde nos qui uiuimus qui relinquimur simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in áéra, et sic semper cum domino erimus. Sicut autem fulgur nõ indiget præcone aut nuncio, sed in momento temporum omnibus apparet: sic aduentus ille ubiq; splendere statim incipiet. Id notat Christus apud Mathæum. Sicut fulgur exit ab oriente & apparet usq; in occidente, ita erit & aduentus filij hominis.

1. Thes. 4

Chryso. in Matthæũ.

Mat. 24.

Quod autem Paulus ait sanctos iudicaturos de mundo, hoc iudicium intelligendum per uitam contrariam.

1. cor. 6.

Sancti quomodo mundũ iudicabunt.

Lucæ 21. Iudicij extremi diem signa præcedentia describit Christus apud Lucam. Erunt inquit signa in sole & luna & stellis. &c. Signa hæc explicat Mathæus euangelista. Sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cœlo: Et subdit apparebit signum filij hominis in cœlo, & tunc plangent omnes tribus terræ, & uidebunt filium hominis uenientem in nubibus cœli cum uirtute & gloria multa.

Mat. 24.

Crux. Crucem appellat signum tanquam trophæum & insigne regum, quod apparebit ad arguendos incredulos testimonij causa, ueluti si quis lapide percussus ostendat lapidem. In iudicio eo qui beati ex operibus misericordiæ cognoscentur, uocabuntur ad promissam hæreditatem. Contra immisericordes & improbi in ignem æternum mittentur ut Mathæus scribit. ∴ ∴ ∴

Matt. 25.

Tunc finis erit regnumq́ue deo patri tradet.

Est imitatio uerborum Pauli ex capite quindecimo primæ epistolæ ad Corinthios. Finis autem erit generationis. Nam, ut Petrus ait, terra & quæ in ipsa sunt opera exurentur, quin & cœli magno impetu transi-

2. Pet. 3.

Mundus qualis

futurus post iudiciũ uniuersale.

tu transibunt, elemẽta uero magno calore soluentur. Ne autem putaret quispiam interituram eorum substantiam, sed in melius immutandam, subdit Petrus. Nouos uero cœlos & nouam terram & promissa eius expectamus. Cui & illud Ioannis in apocalypsi simile est. Vidi (inquit) cœlum nouum & terram nouã. Primum enim cœlum & prima terra abijt.

Apo. 21.

Tradet autem regnum deo patri Christus, id est, ecclesiam fidelium et congregationem electorum, non quòd in ea non regnet deus, dicente Christo. Regnum dei intra uos est: sed quod nonnihil adhuc in ea dominetur peccatum & diabolus: Cyrillus enim & Photius Græci interpretantur, tradere regnum deo patri, Pro eo quod est electorum ecclesiam ab omni perturbatione & afflictione liberam, & à dæmonum insidijs & insultibus tutam patri tradere, quod indicant sequentia uerba Pauli. cum euacuauerit, id est, aboleuerit & eneruauerit omnem principatum, id est, dæmonum potestatem et tyrannidem quam exercent aduersus fideles. Neq; autẽ cum patri regnum tradet ecclesiæ, ab sese abdicat: sicut cũ à patre accepit, non illi abstulit.

CHristus quomodo intelligendus tradere regnũ deo patri.

Lucæ 17.

AD LECTOREM.

AD finem igitur cui destinatus est homo, unusquisq; uelis & equis (quod aiunt) cõtendat, tum illa, quæ huic fini consequendo cõferunt, obuijs manibus (ut dicitur) complectatur: Contrà quæ obstaculo sunt, cane peius & angue uitet, etiamsi plurimi habeantur. Hac enim una ratione fœlicitatem ueram, quam nemo non expetit, summumq; bonum esse ducit, consequetur. Quod si in hac lachrymarum ualle, nihil præsente uita charius ducimus, quæ tamen uix uita dicenda est, utpote, tot ærumnis, tot casibus obnoxia, quomodo non multo magis ueræ æternæq; uitæ amor unumquenq; capere debet? uitæ inquam corporis & animi nunquam finiendæ. quod enim corpus attinet, non fami, non siti, non æstui, non frigori, non indigentiæ, non laßitudini, non dolori, nõ morti amplius obnoxium erit, sed immortale, agilitate, subtilitate & claritate summa decoratum. Anima uero nullo uicio, nulla tristicia nullis perturbationibus sollicitabitur, sed summo bono qui deus est, perpetuò fruetur, quæ

Apo. 7.

fruitio

fruitio quantum uoluptatis habeat, non solũ lingua dicere, sed ne mens quidem concipere poterit. Quid autem est æque preciosum, cuius lucrum animæ humanæ dispendio commutari poßit? quæ imagnem dei refert, cuius gratia (mirabile dictu) deus factus homo, dormiturien s, esuriens, sitiens, pauper, reliquisq; humanæ conditionis iniurijs obnoxius. Neq; solum, ut homo uersatus est inter homines, uerũ etiam serui speciem in se suscepit, & serui nocentis, quum ipsa esset innocentia. Atqui non ad hoc tantum se demisit, sed etiã usq; ad supplicium mortis, ceu facinorosus descendit, ac mortis lõgè probroßißimæ crucis. Qui paucu lo ære liberantur, à seruitute heri, et ex seruis fiunt libertini, modis omnibus aduigilãt, ne ob ingratitudinem poßint in relictam retrahi seruitutem. Et tu, nõ corruptibilibus auro & argento, sed precioßißimo sanguine, quasi agni immaculati Christi et incõtaminati redemptus committes ut in ueterem tyrannidẽ diaboli recidas? Dementißimo dementiorẽ putas, qui huius uitæ corporalis miseræ ac breuis iactura, mundum uniuersum lucrifacere uellet? quo enim fortuna, si non conceditur uti? Quorsum opes, cum perit ipse poßeßor? Cur nõ uel

1. Cor. 2.

Philip. 2.

1. Pet. 1.

Mat. 16.

ipsa

ipsa amentia amentiorē te existimas? cum tanti affectus suos, uel opes habes, ut horū gratia, uitæ æternæ facias dispendium, sortem habiturus, in stagno ardenti igne & sulphure, quod est mors secunda, quemadmodū in apocalypsi scribitur, hoc enim pacto frustra cætera habebis. Ethnicorum lucem euangelicā ignorantiū plurimi fuere, qui uirtutem sibimet pulcherrimam mercedem putantes, sola cōscientia recti contēti, fidem pecunia, pudicitiam uita potiorem habuerunt. qui honestatem uoluptatibus anteposuerunt, neq; honores, neq; reliqua fortunæ commoda desyderabāt. Tu cui patefacta sunt iudicia dei, qui ad meliorē spem uocatus es, à uitijs non resilies? præsertim cum scias, momentaneis his uoluptatibus, præter infœlicem illum conscientiæ mentis cruciatum, æternos quoq; emi cruciatus. Pijs cōtra pro temporaria ac leui uexatiuncula, centuplum gaudium puræ conscientiæ euenire ac in augustissimis sanctißimisq; cœlestibus mansionibus dari, quæ nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec mens hominis cōcipere potest. Bos (ut propheta ait) cognoscit possesorē suum, et asinus præsepe domini sui. Tu cur dominū tuum nō agnoscis? absit (inquis) ut non agnoscā. Ita sanè, uerbis

Apo. 21.
Isa. 1.

uerbis quidem, at factis negas, quod & Paulus exprobrat quibusdā. Confitentur (inquit) se nosse deum, factis autē negant. Canes, delphines, leones, dracones retulisse aliquando gratiam leguntur. Te uero ingratitudinis apud creatorē suum non pudebit? cui debes quod es conditus, cui debes, quicquid habes. quorū quidem nullam partem, nō dicam referenda, uerum ne cogitāda quidem gratia consequi poteris. Quid ergo his contemptis uentrē deum duces, & culinam religionem? At hoc est in uano animam accipere, nō autem in finem cui destinatus est homo, hominemq; nomine non re esse. Ea certe ratiōe præstiterat non nouisse euangelicam doctrinā, quàm post cognitam et acceptā desciscere à sancto præcepto. Leuius enim peccatū redditur ignorantia, grauius dānabuntur, qui crimē impietatis, ingratitudinis uitio cumularunt. Accidit tibi quod prouerbio iactatur. canis reuersus ad suijpsius uomitū, et sus lota. ad uolutabrū cœni. Post facinorum tuorum te pœnitebit, atq; utinam non sero, ubi uidelicet uenerit dies magnus iræ, quādo impij montibus dicent. Cadite super nos, et abscōdite nos à facie sedentis super thronū, quando uocem illam mœroris & amaritudinis plenam ædent.

Tit. 1.
Solinus ca. 25.
Gellius l. 5
Pli. li. 10.
Psal. 28.
2. Pet. 2.
Lucæ 12.
Apo. 6.

219

cedent. Lassati sumus, in uia iniquitatis et per-
Sapien. 5. ditionis, & ambulauimus uias difficiles. Viam
autē domini ignorauimus. quid nobis profuit
superbia? aut diuitiarū iactantia quid contulit
nobis? Transierunt illa omnia tanquā umbra,
& tanquā nauis, quae pertransit fluctuantem
aquam, cuius, cum praeterierit, non est uestigi-
um inuenire, neq; semitam carinae illius in flu-
ctibus. Sic et nos nati, continuo desiymus esse,
& uirtutis nullum signum ostendere ualuimus,
in malignitate nostra consumpti sumus. Talia
inferorum poenis addictos, scriptura sancta di-
cturos ait, quibus unusquisq;, utinam exterre-
retur, flagitiorumq; deflendorum occasionem
tempori arriperet. atq; ita si non uirtutis a-
more, quod maxime conueniebat, formidine
poenae, quod improbis est peculiare, à malis
quàm ocyßime declinet. Illud cogitans quàm
aerumnosa, quàm fugax sit uita praesens, quàm
undiq; imminens insidiosa mors, quàm paßim
opprimit inopinantes. et cū nemo, uel de mo-
mento uitae sit securus. quàm ingens periculum
eam comperendinare uitam, in qua si illū mors
subitanea (ut saepe accidit) deprae hēderit, in ae-
ternum perijsse putandus est. Quantū igitur
unusquisq; animo conniti, quantū uiribus con-
tendere

tendere poterit, sanctitati studeat, Christum Ie-
sum ut conatus prouehat precando, cum ani-
moq; suo saepius reputando, quàm foeda, quàm
execranda, quàm exitialis res sit peccatum.
Contrà quanta dignitas hominis, à quanto o-
pifice conditus sit, in quam excellenti statu cō-
stitutus. quàm immenso precio redemptus, ad
quātam foelicitatem uocatus. hominem esse il-
lud animal generosum, cuius unius gratia mi-
rabilem hanc mundi machinam fabricatus est
deus. Ciuem angelorū, filium dei, haeredem im-
mortalitatis, membrum Christi, templum spiri-
tus sancti, simulachrum et adytum diuinitatis.
peccatum eße letale uirus spurcißimi serpen-
tis, autoramentum diaboli, & seruitutis non
turpißimae modo, uerum etiam miserrimae.
Christi iugum suaue & onus leue, quod qui
portauerit, requiem aeternam inueniet.
cuius ut nos participes faciat de-
us trinus & unus, commu-
nibus uotis pre-
cemur.

FINIS.

IN S[illegible]VM BI-
BLICVM VETERIS ET
NOVI TESTAMENTI.
Alberti nouicampiani.
INDEX. S. M.

A.

B.

C.

Ec Charitas.

Crudeli-

FINIS INDICIS.

Errata quæ inter imprimendum ob‑ repſerunt, ſic corrigantur.

Tranſgreſſo pro tranſgreſſa fol. 2. damnationi pro damnanationi fol. 2. fulgur pro fulgor fol. 6. τοῦδε pro τοδε fol. 9. regeneratio pro regeneratione [illegible] interpolatione pro interpelatione fol. 37. cup[illegible] pit fol. 38. honore pro honorem fol. 39. filiaru[illegible] o filiorum fol. 44. nolendo pro uolendo fol 45. frau‑ data pro fundata fol. 46. Dinam pro Diuam, Leui p Leus, Hemor pro Nemor fol. 48. [illegible] o ſtu‑ prabat fol. 49. bencoſba pro beu[illegible] 66. hæc pro nec 79. uaiedabber pro uaiedabbec fol. 81. Quem modum pro Quemadmodum fol. 86. Crinem pro cri‑ men fol. 94. ſiluit pro ſoluit fol. 137. operantis pro operantur, dicentes pro dicentibus fol. 142.

Cætera uitia in mutatione literarum, & punctis quæ uel Argum ipſum fallere poterint, facile à quouis corrigi poſſunt.

